


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

HISTORIA
REGVM ISRAELITA-
rum Saulis & Dauidis ex Pro-
pheticis ſcriptis latino carmine reddita, à Hiero-
nymo Oſio Turingo Poeta Laureato ab In-
clyto D. Chriſtiano Rege Daniæ ad
Inclytum Regem Daniæ, &c.
Fridericum ſcripta.

Cum præfatione Phili: Mel:



VVitebergæ Anno
1559.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

ILLVSTRISSIMO AC potentiſsimo Domino, D. Friderico Danię & Nortuegiæ Regi, Duci Sleſuici, Holſatiæ, Stormariæ & Dithmarſiæ, Comiti in Oldenburg & Delmenhorſt, &c.

Aut celebrat docto diuinas carmine laudes,
Aut memor heroum nomina Muſa canit,
Hoc tentare pijs quia uerſibus audet utrumq;
Oſius, auſpicio Rex Friderice tuo.
Annue conanti, placeat ſtudioſa uoluntas,
Eſt quoddam in magnis uel uoluiſſe decus.
Tu pietate patris fœlix, uirtute beatus,
Muſarum placidè munere diſce frui.
Tunc decus accedit Regum uenerabile ſceptris,
Quando hedera, et lauro cincta uirente nitent.

Iohannes Stigelius.

BIBLIOTHECA
REGIA
HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

INCLYTO ET SERENISSIMO REGI FRIDERICO REGI Danorum, Noruegiæ, Gotthorum & Henetorum, Duci Sleſuicenſi & Holſatiæ, Principi Ditmarſiæ, &c. Comiti in Oldenburg Domino ſuo clementißimo.

AVſa grauē temerè mea ſumere Muſa laborē,
Non æquā ingenio materiamq; ſuo eſt.
Sudando dignas dedit hæc audacia pœnas,
Quod quis ſponte ſubit, uincat oportet onus.
Hiſtoriæ cecinit tenui miracula uerſu
Regum, te quorum rexit Iuda manus.
Quanta ſit illius uis, copia quanta laboris,
Iudicium doctos non niſi poſco uiros.
Ergo parum auguſto ſi reddidit omnia uerſu
Muſa, pij ueniam carminis autor habet.
Nec liuoris ego, aut ſciolorum ſcommata curo,
Ingenio eximijs ſat placuiſſe uiris.
Dum mea uita Deo ſaluas aget auſpice uires,
Huic mea ſe famulam carmine Muſa probet.
Et canat heröum decus, ac uirtutis honorem,
Dania quos genitrix inclyta laude dedit.
Et quia nunc cecini cum geſtis nomina rebus
Regum, ſceptra quibus tradidit ipſe Deus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Hæc Friderice tuæ Rex dono poëmata famæ,
Regi conueniens ille uidetur honos.
Primum me patriæ tua laudis & æmula uirtus,
Et pietas Muſis non inimica mouet.
Patris ad exemplum, qui totum laudibus orbem
Implet, eris ſtudijs portus, & aura bonis.
Te ductore decus diuinæ Eccleſia laudis
Prouehet, hoſpitijs tuta, potenſq; tuis.
Deinde memor meriti pia me quo Dania iuuit,
Carminis exigui uile redono decus.
Ornamenta, quibus famulantes regna Camœnas
Donant, patre tuo Rege datore tuli,
His ego pro donis æternas debeo grates,
Accepti memorem muneris eſſe decet.
Te fratreſq; tuos pietate beate parentis,
Et uirtute potens, dum mihi uita, canam.
Et celebrabo decus ueſtræ laudabile famæ,
Quod commune tribus patrius auget honos.
Nominis auſpicio iuſtæ te pacis amantem,
Morum dexteritas Rex FRIDERICE docet.
Alter & omen habet generoſæ nomine mentis
Frater, it huic etiam gloria, ſplendor, honos.
Cui Magni nomen fatale dedere parentes,
Indole magnanimi pectoris omen habet.
Tertius æquat idem uobis ætate duobus,
Nil uirtute minor, nec pietate, decus.

Nomen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Nomen Iohanni pater illi fata ſecutus,
(Huic decorat mores gratia magna) dedit.
Te Friderice precor Rex inclyte rebus auitis,
More patris Muſis mitis adeſto meis.
Te regni columen qui poſtulat eſſe potentis,
Vt cum germanis te Deus oro regat.

Tuæ C. deditiſſ:

Hieronymus Oſius

Tirigeta.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

INCLYTO ET SERENIſSIMO Regi Friderico, Regi Danorum, Noruegiæ, Gothorum & Henetorum. Duci Sleſuicenſi & Holſatiæ, Principi Ditmarſiæ &c. Comiti in Oldenburg Domino ſuo clementiſsimo.

VVLT DEVS ſciri initia Mundi ut agnoſcamus ab ipſo genus humanum conditum eſſe, & cogitemus quale ſit conditum, & ad quos uſus, deinde ut ſciamus quomodo hæc præſtans natura diſceſſerit à Deo & oppreſſa ſit peccato &

to & morte, & unde ſit ingens & terribilis moles calamitatum qua genus humanum horribiliter premitur.

Maxime uero ſciri uult primam conſolationem qua ſe patefecit Deus conditor poſt noſtrum lapſum, & promiſsionem de filio edidit reddituro iuſticiam & uitam æternam, & ex hac miſera maſſa noſtra rurſus colligere Eccleſiam æternam cepit.

Deinde ſciri uult continuam temporum ſeriem, vt aſpiciamus ordine patefactiones diuinas, & teſtimonia quæ ſtatim ab initio Deus de ſeſe oſtendit, & diſcernamus doctrinas, quæ à patefactionibus diuinis diſſentiunt. Propter has tantas cauſas in Ec-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

cleſia ſeruauit Deus monumenta primæ hiſtoriæ.

Hoc beneficium Dei ſepe cogitemus & grati celebremus, & ſimul voluntatem Dei agnoſcamus.

Politia Iſraelitarum ideo & conſtituta & defenſa eſt, ut eſſet uelut bibliotheca diuinæ hiſtoriæ, & oſtendit Deus de ſeſe manifeſta teſtimonia in conſtitutione & adſidua propugnatione eius politiæ, ut certum ſit doctrinam in ea gente traditam, Dei uocem eſſe. Hæc teſtimonia ſepe legantur, & ſint in conſpectu ad nos confirmandos.

Deinde conſideretur diſcrimen huius diuinæ hiſtoriæ, & Ethnicæ de imperiorum ſucceſ-

ſione

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

ſione cuius cognitio etiam ualde utilis eſt. Sed Prophetica oſtendit pateſactiones diuinas teſtimonia de Deo, tradit Euangelium & legem, & hæc genera doctrinarum diſcernit, oſtendit exempla non iræ tantum, Sed etiam gratiæ. Ethnica oſtendit ſceleratorum pænas, & ſonat hanc uocem: Diſcite Iuſticiam moniti & non temnere diuos.

Cum igitur omnibus hominibus maxime neceſſaria ſit cognitio diuinæ hiſtoriæ, laudandum eſt ſtudium omnium qui præſertim adhibita cura illuſtrandarum narrationum, inuitant homines ad eam lectionem, aut etiam legentes adiuuant. Et excitanda eſt induſtria eru-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

ditorum benignitate bonorum gubernatorum.

Scio autem Regiam Maieſtatem tuam & amare lectionem diuinæ hiſtoriæ & humanarum, & cauſas intelligere cur legendæ ſint.

Notum eſt familiariſsimam fuiſſe Alexandro lectionem Homeri. Scipioni lectionem Xenophontis de primo Perſarum Rege Cyro, cuius fuit excellens Iuſticia & fortitudo.

Rectius laudandus eſt pater tuus Rex Chriſtianus, qui adſidua lectione hiſtoriæ diuinæ fidem & inuocationem in pectore ſuo confirmabat, & in multis grauiſsimis deliberationibus conſilia ex illis libris petebat.

Nec

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Nec dubito te idem & honeſtiſsimo patris exemplo, & tuo iudicio facere.

Placebit igitur Regiæ Maieſtati tuæ conſilium & opus Hieronymi Oſij excellentis eruditione & virtute, cuius quæ ſit ingenij facultas, oſtendit uel una deſcriptio prælij Dauidis adoleſcentuli, quo vincit Cyclopem Goliath, de quo inquit:

Corruit in faciem, ceu quondam maxima pinus,
Vis quam uellit humo uenti, cum turbine ſcuit,
Mugituq; ferit montes & territa caſtra.

Quantus autem labor ſit exponere res Ebreas mediocri carmine latino, iudicare poſſunt hi qui uel in breuibus argumentis id experti ſunt. Eo igitur magis laudanda eſt uoluntas Oſij, quod

in re

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

in re difficili ſtudium ornandæ Eccleſiæ oſtendit.

Acceſsit etiam hic labor quod Ebrei fontes inſpiciendi fuerunt, a quibus interdum interpretatio latina diſsentit etiam in dictis quorum ſingularis eſt Emphaſis, vt in primo παραλειπομένων capite xvij. Vbi latinus legit Feciſti me ſpectabilem &c. In Ebrea lectione vaticinium eſt de copulatione diuinæ & humanæ naturæ Aſpexiſti me in forma hominis, qui in excelſis eſt Dominus Deus. Hic græca lectio propior eſt fontibus, ἐπεῖδές με ὡς ὅρασις ἀνθρώπου. Quid dulcius eſt hac ſententia quæ affirmat Deum ſe oſtenſurum eſſe adſumpta humana natura, & quidem aſpicientem

nos &

nos & clementiſsime ſanantem nos miſeros. Nec enim tantum Dauidem ſic loqui exiſtimes, Aſpexiſti me in forma hominis, Sed eadem voce ſinguli nos erigamus, ſciamus filium Dei ad nos mitti & induere maſſam naturæ noſtræ, vt nos aſpiciat, & ſanet, & ipſi ſepe nobiſcum repetamus hanc dulciſsimam vocem. Aſpicis me clementer Deus aſſumpta humana natura.

Tales ſententias ex ipſis fontibus ſumptas perſpicue reddere in carmine magnum decus eſt.

Hoc igitur opus clementiſsime Rex Friderice vt ita accipias oro, vt hos labores tibi placere oſtendas, & ſtudia eorum accen-

das

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

das qui & Eccleſiam ſcriptis or=
nant, & vera inuocatione iuuant,
vt Oſius vtrunq; facit, qui pre-
catur filium Dei Dominum no-
ſtrum Iheſum Chriſtum cruci-
fixum pro nobis & reſuſcitatum
ſedentē ad dextram ęterni patris,
ac dona dantem hominibus ut
clementer te ſeruet incolumem,
& tribuat tibi felicem guberna=
tionem Regni ab optimo patre
iuſte accepti. Bene vale calendis
Aprilis Anno 1559.

Regiæ Maieſtatis Tuæ

Seruus

Philippus Melanthon.

Liber

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

LIBER PRIMVS
Samuelis.

ARma, duceſq; canã, qui regna potentis Iudæ
Imperio tenuere, Deo dum uindice texit
Gens inuicta decus patriæ laudabile terræ,
Et domito auguſtos egit ſuper hoſte triumphos,
Adſeruitq; ſuos uirtute potente penates.
Robore maius opus moueo, grauis auſa ſequetur
Cura, grauiſq; labor, ſubit ingens copia rerum,
Per quas ingenij eſt tenuis tentanda facultas:
Quem penes eſt unum dandi, quæ poſco, poteſtas,
Annue mitis opem Deus, & da robora cœptis,
Ne uires oneri ſuccumbant, neue fatiſcant
Moliri duros cerebro ſudante labores.
Ne mea cymba ferat uim motis acta procellis,
Tu rege uela, fremant tumidi cum turbine fluctus.
Te duce freta uadis pelagi ſe credet aquoſi
Muſa, ſaloq; maris ſedato littora tanget,
Ac priſco geßit quam gens Iudæa ſub æuo,
Hiſtoriæ repetet tenui miracula uerſu:
Vrbs erat antiquis non infima laude colonis
Syriacis extructa iugis, Ephraidos oræ
Gloria montoſæ, ueteres Ramathaida dicunt.
Hac ortum urbe uirum mentitæ neſcia famæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Nos monumenta docent, Elcanam nomine dicunt.
Omine cuius eum pietatis amore ſupremum
Accipimus coluiſſe Deum, qua lege decebat.
Ille tori binas ſocias habuiſſe iugalis
Traditur, unam Annã uocat, unam fama Phenennã,
Hanc quarũ enixam thalami aiunt pignora Natos,
Illam aduerſa tori ſterilem fortuna premebat,
Vnde dolore graues exercuit anxia curas,
Impatiens uitæ ſortem tolerare ſiniſtræ.
Mos erat Elcanæ pietatis amore receptus,
Silon diuinis inſtructam ritibus urbem
Solenni petere, atq; adducere more penates.
Vrbis is optatæ cum quondam templa ſubiret,
Vt ſua thuricremis ſuper aris dona litaret:
Munus obire ſuum Phineen offendit & Ophnim
Cum genitore, ſenex qui tempora canduit, Helo.
Lux aderat, ſolenne dabat qua quilibet aris
Munus, & aſſuetos pro more litabat honores.
Et ſua cum Natis, cum coniugibuſq; parabat
Dona, preceſq; Deum uenerando Elcana ſupremum.
Vnde gregem inſtruxit gnatorum, unàq; Phenennã
Vxorem donis, at mœſtam ob dedecus Annam
Coniugij infauſti, dono uno miſit ad aras,
Et coxit mœrente graues cum coniuge curas,
Quòd, cum cara magis non hac eat altera coniunx,
Connubio ſecum multos ſterili exigat annos.

Has

Has odio ærumnas infeſta Phenenna maligno
Innocuæ auget, idem dum dedecus obijcit, Annæ,
Dona pio ritu quoties unà immolat aris.
Vnde graui luctu noctesq;, diesq; laborat,
Sollicitatq; Deum precibus de prole uirili
Illa, rogat cauſas quam curæ aliquando maritus,
Exercere notans duro hanc mœrore dolores,
Et uexare fame exhauſtos lugubriter artus.
Vtq; ferat ſortem monet, hæc quã fata miniſtrent,
Nec pluris faciat Natos inſana marito.
Coniuge ſollicitum matrona leuante dolorem
Vincit, & eſuriem uictu ſolatur opimo,
Inde ſacerdotem templi oſtia ad alta ſedentem
Accedens gemitus ex imo pectore ducit.
Corda fatigat enim ſua duro exercita luctu,
Mœroremq; grauem lacrymis teſtatur obortis.
Ac ſua uota Deo fert, et ſic ora reſoluit:
Omnipotens, ac uiue Deus, cui ſumma poteſtas,
Agmina cui cœli, terræq; potentia cedit,
Aure preces hauri facili, prolemq; uirilem
Annue, & hanc propriam æterno tibi iure dicabo,
Ille tuos aris ut ritè miniſtret honores,
Nominis utq; tui laudi omni ſeruiat æuo,
Nulla comam patriæ cui more nouaculagentis
Detondebit, eum ſacrabo hoc omine templis,
Huic tua ſemper erunt præconia, iuſſaq; curæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Has ſine uoce preces linguæ matrona profundit.
Muſsitat ore ſonos, gemituq; ardente laborat.
Hoc notat inſanire putans hanc ſorte ſacerdos.
Delirare mero quia credit luctibus ægram.
Vnde mades multo cur inquit inepta Lyæo?
I, uinumq; loco ſecreto digere ſomnis,
Fœmineo ebrietas infame gregi impia crimen.
Illa premor luctu, non uini errore fatigor
Triſtis ait, taciti fallit te cauſa doloris.
Coniuge cum caro uiuo ſine prole tot annos,
Hæc me ſollicitam fortuna doloribus urget.
Crede meo ebrietas rabiem haud mouet ulla cerebro
Fomite quæ diro uicijs alimenta miniſtrat.
Dedecus hoc uitat, pietas quamcunq; gubernat,
Eſt odioq; nefas cui deteſtabile morum.
Ne ſua quas leuitas uicij urget amore nefando
Me precor adſimules inſontem criminis huius.
Mœſticiæ hac diſcit cauſam indice uoce ſacerdos,
Et tua uota Deus facili inquit mente ſerenet,
Quamq; petis patrio concedat amore frequentem
Progeniem, unde tibi ſe tollat origo nepotum.
Dixit, & euentu ſunt uota potita ſecundo.
Læta ſacerdotis reſponſo iuncta marito
Ad ſua tecta redit, poſitoq; dolore ſerenat
Curas, & licito ſocij æſtu gaudia lecti
Experiens grauidam ſe factam ſigna ſequendo

Colligit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Colligit, & læto memorat ſua fata marito.
Venit ut ergo dies maturo debita partu,
Eſt enixa marem ſpem poſteritatis alumnæ,
Quem dixêre rei Samuelem nomine geſtæ
Omine, eum exorata dedit diuina poteſtas.
Tempus erat ſacris quo rebus tota uacabat
Gens Iudæa, Deum quæ relligione colebat.
Templa lares comites ducens Elcana petebat
Externo ædificata loco ſua dona litatum.
Non nunc ibo comes ſolitam tibi dixit ad urbem
Anna grauis fœtu coniunx naſcente marito,
Ante mouere mei puerum quàm lactis ab uſu
Tempora iuſta ſinant, & idonea uiribus ætas,
Siſtere eum ut poßim mea ceu promiſſa requirunt:
Huic Elcana: putas fore non quod inutile coniunx,
Exequere, oro Deus tua uota fauore gubernet.
A ſolito infantem ergo parens ubi lacte remouit,
Vrbem Silon adit, doniſq; decentibus aras
Auget, & huc uitulas tres pingui corpore ducit,
Vndantemq; mero pateram, floremq; farinæ,
Auſpicio gnati quos omnes libet honores.
Templa ſubit, coràmq; adfari his incipit Helum
Læta ſenem: illa tibi redeo uenerande ſacerdos
Fœmina, quæ uotis nil olim onerare uerebar
Supremum patrem, qui, quam coràm aſpice, prolem
Annuit oranti, dedit & ſpem ſtirpis alumnæ,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Tunc me quando mero tu delirare putabas,
Illius hanc templo, quo debeo, conſecro ritu
Prolem, illa hîc obeat ſacra munia more perenni.
Hæc effata Deum grates ſic orat agendo :
Exaltante meum uiget illo gloria cornu.
Freta Deo exultat mea mens, ſperatq; ſalutem,
Vox animoſa minis mea ſæuos terruit hoſtes,
Læticiamq; tuli fidens autore ſalutis,
Et pſoui curis turbantem corda timorem,
Nemo perinde uirûm ſanctã, omni & labe uacantẽ
Exhibet, atq; Deus numen uenerabile mentem.
Omnipotens illo eſt excepto nemo Deorum,
Et quem regnandi maneat tàm magna poteſtas,
Ne uires iactet ſufflata ſuperbia faſtu.
Nam tolerare modum Deus excedentia uindex
Facta nequit, ſtudijs quo pœna reſiſtit iniquis
Auſpice, cuncta uident oculi illius auſa uirorum.
Viribus humanis dat fiſa ſuperbia pœnas.
Robore fidentes proprio tegere impetus arcu
Nullo, armiſue poteſt, imbelles uiribus armat,
Auxilioq; Deus. Quibus olim copia rerum
Diues erat, mendica malis nunc urget egeſtas,
Qui ſua pro uictu nunc uili corpora uendunt.
At ſaturata bonis paupertas gaudet opimis.
Septeno ſterilis quondam æquat fœmina partu
Matronas, fœto pariunt quæ pignora lecto.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

At quæ fœcundo thalamo eſt enixa frequentem
Progeniem, ſterili nunc ſegnes exigit annos
Connubio, has humana uices fortuna miniſtrat.
Vitaq;, morſq; Deo uires autore ſequuntur,
Obruit ille uiros, ſtygijs & liberat umbris.
Vnus opes, & pauperiem mortalibus addit.
Auget honore uiros, et eodem priuat eoſdem.
Immerſo cœno uitæ olim extollit egenæ,
Vt ſolio emineant, quo gloria uera moratur,
Principibuſq; uiris ſua nomina laudibus æquent.
Ad fines quia terra ſuos huic ſubiacet uni,
In medio uaſti quæ mundi immobilis hæret.
Sanctorum diuina pedes regit uſq; poteſtas,
Error ne greſſus ſcelerum in ueſtigia ducat.
At quibus impietas adimit uirtutis amorem,
In nihilum aduerſæ redigentur turbine uitæ,
Illorum tenebris hinc fama ſepulta latebit.
Oſtentat uanas humana potentia uires,
Nilq; mouet medijs niſi robur inutile damnis:
Flebile diuini peſſundat nominis hoſtes.
Exitium, è cœlo hos quia fulmina ſparſa fatigant.
Vltima meta uagas quà mundi terminat oras,
Iudicio excutiet duro delicta uirorum,
Iuſticiamq; modis omnem adſeret arbiter æquis.
Summa ſuum ut maneat regem dabit ille poteſtas.
Chriſti regna ſui ut uirtute potentius armet.

 Finis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Finit ut ore preces matrona ſequente marito
Vrbis adit patriæ muros, puerumq; relinquit
Templo, ille hîc obeat diuturna fidelis ut Heli
Iuſſa ſacerdotis, quo nati patre notabant.
Crimine ſe iuuenes infami, nulla manebat
Supplicij formido nefas fato omne ſequentis,
Nempe ſui exuerant hi curam muneris omnem,
Crimen ad omne furor ſiquidem leuitate trahebat.
Aris ſolenni populi cùm more litabant
Dona: coquebat adhuc cùm carnem flammeus ardor,
Ollas illorum iuſſu priuabat ahenas
Carne puer, quantum ueſana cupido iubebat,
Dona cibos auido furtiua dedêre palato.
Hæc omni populo, dum libamenta parabat,
Damna dabant, uimq; exercebant ſæpe rapinis.
Illa Deo ingentem grauis iram noxa mouebat,
Iam uentura modo triſti quam pœna manebat,
Hoc polluta ſacras quòd crimine polluit aras
Victima, gens quoties ſua templo dona ferebat.
At puer Elcanides ſua munia gnauus obibat,
Linea cui lumbos hoc ueſtis obibat amictu.
Paruam etiam tunicam donum huic ſolenne ferebat
Mater, opus ſacro cum more fiebat ad aras,
Cui libaturæ ſua quodam dona ſacerdos
Tempore ait: data dona tibi Deus oro rependat,
Optatamq; decus concedat amabile matri

Progeniem,

Progeniem, unde domus ſeræ tibi ſurgat origo.
Hac ſpe læta uiro repetit comitante penates,
Exigit & uitam felix matrona ſequentem
Fœcundo thalamo, ſociæ quia dulcia uitæ
Tres natos, nataſq; duas enixa marito eſt
Pignora, lònga tulit ſeries decus unde nepotum.
Diuino interea Samuelem gloria nutu
Conſequitur puerum, pietas huic auget honorem.
Creſcit honos, quantum iuuenilia robora creſcunt.
AEgra ſacerdoti iam robur ademerat Helo,
Corporeq; augebat languente ſenecta labores:
Audijt infames paßim uolitare querelas
De uicijs natorum, auſos quos fama fatetur
Illicitas populo ſacra dona parante rapinas
Exercere, nefas fœdo & committere ſtupro.
Vnde parens illos tali emendare laborat
Voce: notant ueſtros gnati hæc cur crimina mores
Labe, Deo triſtis quam uindice pœna ſequetur?
Vos ſcelerum autores rabies habet impia uulgi.
Veſtra ſequi ſe exempla putant impune, nec ullo
Supplicij uitare metu graue dedecus ardent.
Praua trahunt uulgi furias exempla ſequaces.
Vir cùm damna uiro dat, mox mediator haberi
Mota lite poteſt, componat ut arbiter iram.
At turbare Deum delictis morte piandis,
Quo ueniam illiciti placante merebitur auſis?

Ergo metu pœnæ moniti frenate furorem,
Irritare Deum uos quo ferus impetus urget.
His monitis gnatos pater emendare laborat,
At renuit flagrans parere furore uoluntas.
Nam diuina parat pœnis abolere poteſtas
Ob delicta uiros, hi quæ uitare recuſant.
At puer Elcanides & corpore, & indole mentis
Accreſcens pietate Deo , & mortalibus illo
Nomine carus erat, quòd erat ſine crimine morum.
Iam quia uenturi gnatos ſecura cupido
Supplicij exercet, laxante parente furores,
Verba iubente Deo genitori hæc nunciat Helo
Vates ore ſacer : iubet hæc aperire ſacerdos
Me tibi iuſſa Deus : caſus ego gentis auitæ,
Aßiduosq; manu domui uictrice labores,
Cùm daret AEgypti pœnas captiua Tyranno.
Atq; tuum ante alios patrem aris iura tueri,
Et uolui iuſſos adolere frequenter honores,
Illum hæc cum natis natorum ut iura manerent,
Vt uictu inde domum, & ſe conueniente foueret.
Et cumularet opes, quas uita requirit , opimas.
Cœca quòd ergo nefas audet uerſare cupido,
Vt uanas armes mea contra numina uires,
Et fœdare nihil ſacros uereare labores,
Dum ſinis impietas natorum polluat aras,
Et ſua, quæ libant homines mihi munera, credat.

Hæc ultore dabit me dignam audacia pœnam.
Dextra ſecuturo mea te non adſeret æuo,
Nulla tui tanget me cura,domuſq; futuræ.
Cùm gemet aduerſis,ſolatià nulla laborum
Me graſſante feret, tua nam delicta minores
Triſti clade luent,eadem omnes pœna manebit.
Qui me laude colunt,eſt qua mea digna poteſtas,
His ſua me deerunt non præmia dante uiciſsim.
At mea iuſſa tumens faſtu qui temnet inani,
Hunc autore premet me diro infamia damno.
En erit hora, domumq; tuam mala tanta ſequentur,
Vt,ſua caneſcant cui tempora,nemo ſuperſit.
Relliquias ipſo perdam ſub flore nepotum,
Auguſtæ attinget decus horum nemo ſenectæ,
Vtq; dolore tuæ tabeſcant robora uitæ,
Succeſſore nouo tua curis pectora rodes.
At penitus delere tuæ haud mihi morte uoluntas
Membra domus,patiar ſacra tẽplis more miniſtrẽt,
Sed uitæ his adimet mors præmatura ſalutem,
Vtq; fidem euentn mea dicta probante ſequantur:
Gnatos una tuos Phineen abolebit, & Ophnim
Morte dies,hoc omen erit tibi flebile pœnæ,
Quam cum patre dabunt nati, ſeriq; nepotes.
Quiq; meæ deſiderium expleat omne gerendo
Morem mentis,erit mihi te moriente ſacerdos,
Cui me poſteritas æterna uolente manebit,

Illiuſq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Illiuſq; domum non ulla ruina ſequetur.
Seruiet ille meo Chriſto mea iuſſa ſequendo,
Degeneremq; animum non ullo crimine prodet.
At tua ſi qua tuo de ſanguine creta propago
Salua manebit, eam non rarò immitis egeſtas
Mendico ore famis uictum indagare leuamen
Coget, & auxilium prece ſupplice poſcere uitæ.
Tempore, quo ſacris ſenio æger præſidet aris
Helus, & Elcanides uigil hoc diuina miniſtrat
Præſide iuſſa puer, patefacti oracula uerbi
Rara ſonant, pietatis honos, ſanctæq; relanguet
Relligionis opus, diuinaq; dogmata frigent.
Nocte ſenex riguis fouet ægra en robora ſomnis,
(Cui iam caligant oculi, & ſua tempora canent)
Elcanide puero ſomnis prope fœderis arcam
Compoſito, uox huic rumpit diuina quietem.
Ille ſacerdotem putat errans edere uocem,
Quid uox ergo uelit ſurgens audita requirit,
Hæc cui uerba ſenex: non te mea lingua uocauit,
I, pete, quæ ſomno delirans ſtrata relinquis.
Hæc puero optatam reddunt reſponſa quietem.
Sed Deus huic alio turbat clamore ſoporem,
Vnde ſacerdotem rurſum facienda requirit,
Qui miſſam ore ſuo uocem huic negat eſſe ſub aures.
Vnde rei ignarus ſua reddit corpora ſtrato.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Tertia mox cubitu quem uox arguta laceſſit
Surgere, iuſſa iubet ſua pandat ut ergo ſacerdos.
Eſt puerum ore Dei cui coniectura uocari,
Hinc ait : impedient eadem ſi uerba ſoporem,
Dic : mandata Deus refer, & data iuſſa capeſſam,
Prompta ſequi, uires poſſunt quodcunq;, uoluntas.
His cedens monitis repetit uelut antè quietem,
Cui diuina nouo iam non ignota ſub aures
Vox clamore uenit, ſtratoq; reſurgere cogit.
Somnis excito, ac reſponſa requirere docto
Hæc loquitur Deus: ecce nouum genus audeo pœnæ,
Quòd quicunq; notent, his utraq; tinniet auris
Supplicij attonitis, tantiq; pauore laboris.
Illo horrenda die pœnæ tormenta ciebo,
Auſi grande nefas quæ ſtirpem exerceat Heli,
Quòd leue natorum uicio indulgere putauit,
Nec cùm polluerent ſcortandi crimine mores,
Viq; exercerent populo libante rapinas,
Obſtitit illicitis damnando dedecus auſis.
Nulla mihi accenſam quin uictima leniet iram,
Exequar haud uoto pœnam exorabilis ullo,
Exitus ipſe minas has eſſe negabit inanes.
Hanc aperire puer rem turbidus horruit Helò
Diris addicto pœnis, quas ira minetur
Sæua Dei, monitore tamen quam detegit ipſo,
Quam ſimul aure notat, ſerit hãc uocẽ ore ſacerdos:
Omnipotens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Omnipotens Deus eſt iuſti autor, & oſor iniqui,
Omne ſequatur opus,ſuadet quod iuſta uoluntas,
Ac pœnam, fateor quam me leuitate mereri.
Laudibus Elcanides ex illo tempore creuit,
Et propagandi, cœli quam fundit origo,
Doctrinam ardebat ſtudio, & pia bella gerebat
Diuini pugnax tyro contra nominis hoſtes.
Hoc præcone Dei laus inſtaurata uigebat,
Relligioq; Deo uires plantata trahebat.
Arma parant acres aduerſo Marte Philiſtæ,
Iudæamq; minis gentem,belloq; laceſſunt.
Hæc illam ſocias armare pericula uires
Cogunt, & patriæ pugnando iura tueri.
Hoſtis atrox Aphecen caſtris ſedem eligit urbem,
Vnde ſuas portis acies effundat apertis.
E regione legunt ſtationem infeſta Philiſtis
Caſtra, mouent quæ cùm primo certamine pugnas
Hoſte cadunt uictore uiri bis mille ſub armis,
Eripit exitio reliquam fuga cauta cohortem,
Ad loca quæ redijt,quæ propugnacula uallant.
Hoc proceres fato perculſi pectora mentem
In diuerſa ſecant,dubijs & ſenſibus hærent,
Conſiliumq; ineunt:uectandam huc fœderis arcam,
Et fore uana Dei ſpes eſt placabile numen.
Conſilio parent omnes,arcamq; requirunt,
Quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Quæ ſimul huc curru Natis comitantibus Heli
Eſt aduecta, leues gens tota fragoribus auras
Argutis ſecat, his reſonat clamoribus æther.
Hos hauſere metu pauidi hoſtes aure fragores,
Sollicitiq;, latet noua cuius cauſa, tumultu,
Cuius cognitio hos grauiore timore fatigat.
Viribus haud tantis nos æqua potentia (clamant)
Armat, opem Deus his inuicto numine caſtris
Præſtat, ab AEgypti qui uindex peſte redemit
Horum maiores, premeret cùm dira Tyrannis,
Hoc ductore uagi loca cùm deſerta tenerent.
ô ſocij inuictas uires hæc fata requirunt,
Quas armare decet magno in noua prælia motu.
Nos Ebræa cohors uictrix ſi franget inermes,
Sæua premet paſſos durum fortuna laborem,
Quam tolerare feret grauiorem morte dolorem:
Hæc uobis acuant metuenda pericula uires,
Magnanimo aduerſis ne cedite pectore fatis,
Optatam uirtus palmam coniuncta ſequetur.
Erexêre duces animum his in prælia uulgo
Dictis, ſigna tubæ dextras conferre iubebant:
Surgit utrinq; graui conflictu pugna uirorum.
Iſraeliticam ſed fata miſerrima gentem,
Suſtinet hoſtiles cœdes dum uicta, ſequuntur.
Ter cecidere decem crudeli millia ferro
Pars ingens peditum, Natos ſimul obruit Heli

Via

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Vis inimica feri Phineen Mauortis, & Ophnim.
Arcam præterea ſpolium hoſtis uictor abegit
Fœderis, omnis abit ſpes qua pereunte ſalutis.
Vir, qui uitârat medio in certamine mortem,
Puluerulentus adit, lacero & panno obſitus urbem
Silon, & aduerſæ ſpectacula triſtia pugnæ
Attonitis aperit dira index clade colonis.
Ingenti luctu ciues hæc nuncia turbant,
Occupat urbanas funeſta querela plateas,
Et ferit æthereas planctu fragor anxius auras.
Helus ut aure ſenex triſtem hærens ſede tumultum,
Expectanſq; ferat noua quæ quis nuncius, haurit,
Obſtupet, & nimio ſua corda pauore fatigat.
Imminet interea celer, & rem detegit omnem
Ille, neceſq; refert natorum, & cœtera pandit.
Agmina fuſa ſenex hoſtilibus audit ut armis
Cognatæ gentis, natoſq; pericula uitæ
Perpeſſos extrema, Dei omnipotentis & arcam
Amiſſam: è ſellæ fulcris, qua forte ſedebat,
In caput excutitur, ceruicis & organa frangit,
Singultatq; auras animæ, uitamq; ſenilem.
Vicino partu nurus illius una ferebat
Tunc uterum, quæ cum caſus primum audit acerbos
Coniugis, & ſoceri atq; amiſſam fœderis arcam,
Exorto enitens fœtum ægra pauore laborat,
Quam qui circumſtant, adſantur agone ſub ipſo:
Spem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Spem generis natum linquis moritura marito,
Illa laborantem te fata dolore ſerenent.
Vitam morte ſuam iam iam clauſura iacebat,
Ichaboden uoluit puerum moritura uocari,
Dicens: heu patriam diuino gloria nutu
Antè ſecuta trahit triſti nunc clade ruinam.
Omnem ablata premit ſpem fœderis arca ſalutis.
Bello urbem inſignem, geſtis & rebus Aſoton
Victor adit, ſpolia huc & portat opima Philiſtes.
Et ſpolium arcam inſigne Dei locat æde Dagonis
Vicinam idolo placidæ ſpe ſortis inani.
Diſpulerat noctis lux matutina tenebras:
Templa petunt, ſtatuamq; uident è ſede Dagonem
Collapſam facie diro premere omine terras,
Horrent oſtento pauidi, effigiemq; reponunt.
Altera nocturnas noua lux euicerat umbras,
Ingreſſos ſacram noua uiſio concutit ædem.
Cum capite offendunt idoli in limine palmas,
Vna loco moles ſolito hæret & horrida trunci.
Ciuibus æterno mos inde remanſit in uſu
Relligione ſacer, quo, qui delubra petebant,
Vana ſuperſtitio limen calcare uetabat.
Victa Dei his tandem uicijs patientia pœnas
Expoſcit cœcam uario diſcrimine gentem.
Membra, quibus tribui poſcit natura pudorem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Morbo tetra lues ſceleratis ciuibus urit.
Peſte uirûm expirat uitã ingens turba ſub umbras,
Vindice mota Deo grauis undiq; pœna uagatur.
Hoc etiam damno exercent ea fata colonos:
Mures parturiunt ſteriles pro frugibus agri,
Hi natas ſegetes latè, & ſata florida uaſtant.
Caſibus his acti ſedare pericula tentant
Conſilio, cogunt procerum, uulgiq; coronam.
Arcam rura iubent circum uectare Gethæi,
Quorum ſortitur triſtes ſententia caſus.
Oppida dum luſtrant ritu hoc, ſperantq; ſalutem,
Hos maiore Dei grauis ira labore fatigat.
Conſilio illa nouo cauſam fortuna miniſtrat.
Rebus opem lapſis nequicquam ferre laborant.
Accaron aſſenſu communi ſuadet ad urbem
Et procerum, uulgiq; cohors dimittier arcam.
Hac ratione Dei ſperant placabile numen.
Accaronitæ arcam retinere timore recuſant,
Vrbem eadem manſura ſuam diſcrimina clamant,
Arca ſuos ſubeat muros ſi cauſa malorum.
Iſraëlitieis hæc reddere gentibus arcam
Cauſa iubet, quæ ſola malis ſolatia reſtant,
Conſilium exitij formidine tale ſequuntur.
Septem luna uices æquauit, & ætheris orbem
Eſt toties emenſa uago per inania motu:

Arcam dimitti Iudæ conſulta ſub oras
Turba ſacerdotum monet, addere donaq; ſuadet
Ex auro humani fœdam ani imitantia formam,
Et totidem ex uno mures ſimulacra metallo,
Quæ numero patriæ ductores gentis adæquent,
Et fore ſupplicij finem ſpes ſurgit inanis.
Tale ſacerdotum prudentia caſibus iſtis
Conſilium inuenit, quod inutile nemo putabat.
Militiæ adſari qui ſic cœpere magiſtros:
Exitij cur ueſtra furor ſecura fatetur
Corda, minis flecti qui dempto fine recuſat?
Irritare Deum omnipotens abſiſtite numen,
Funditus euertat ueſtros ne pœna penates.
Vos AEgyptiaci moueant exempla Tyranni,
Cuius cum rabies diuinam temneret iram,
Obrutus æquoreo liquit uitam, armaq; ponto.
Ergo metu cœcas pœnæ contundite mentes,
Conſilioq; malis maturo occurrite tantis.
Arcam, & dona nouo committite debita plauſtro,
Qualia, quotq; dari nos iuſsimus antè, iuuencas
Plauſtro auriga duas aliquis, (quarum ubera ſugunt
Ambarum uituli, quibus hæc alimenta miniſtrant,)
Iungat, adhuc duro quas nemo ſubegit aratro,
Moliriq; uiam ſinat has, quacunq; cupido.
Quòd uia ſi recto Betſamida ducet in urbem,
Quas ſua fata regent, properantes tramite uaccas:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Eſſe Deum autorem pœnæ, quam poſcimur omnes,
Talia ſigna probant, ſin uero ſponte uagantes
Deuius error aget, ſors euenit anxia caſu.
Talia conſenſu magno omnes iuſſa capeſſunt.
Nemo licet curru iunctas auriga gubernet,
(Quæ deſiderio implebant mugitibus auras
Natorum) ire boues rectà mirantur ad urbem.
Iam ſegetum æthereus ſol maturabat ariſtas,
Et tritici urgebat Betſamidos incola meſſem:
Arcam meſſores animo lætante notabant,
Quæ tangebat agrum Ioſuæ aduectata coloni,
Grande fuiſſe loco ſaxum quo fama fatetur.
Huc arcam ſtatuunt, manet hæc quos cura, uetuſti
Mole ſuper ſaxi, & quaſi relligionis honorem
Sectantes, ad opus ſacrum prædura rotarum
Ligna ſecantq;, parantq; rogos, uaccaſq; iugales
Cædunt, tali harum cadit utraq; uictima ritu.
Et Betſamitas holocauſta paraſſe loquuntur,
Donaq; ſacra Deo, ſibi gratatoſq; receptam
Arcam, placatæ illa Dei ſpem rettulit iræ,
Quo uiſo Accaronitæ abeunt patriam inde ſub oram
Vbere luxurians agrorum, ac fœnore frugum
Fundus erat, Ioſuas quem Betſamita tenebat,
Accipit hîc ſedem ſedatis arca periclis,
Quam quoniam inuito Betſamidos incola uidit
Turba Deo, leuitas uiolentã huic commouet iram.

Quinq; uirûm decies atrox dat millia leto
Pœna, pari & ſeptem decies diſcrimine ciues.
Turbat inexhauſto hæc luctu fortuna colonos,
Inde aliaſq; arcam dimittere cogit ad oras.
Has dolet ærumnas pœnæ graſſante ſuperſtes
Turba lue, ac tales effundit ad æthera uoces:
Iuſticiam poſcente Deo quis ſtare uirorum,
Quis tolerare poteſt inuictis uiribus iram,
Cum mouet arma, parat meritos cũ poſcere pœnã?
Mens eſt ſancta Deus, nec inexorabile numen,
Quem penes eſt unum cœli, terræq; poteſtas.
Non ſine fine coquit, læſus quam concipit, iram,
Dat ueniam errorem faßis, pœnamq; remittit.
Haud aliam gentem noſtri deſertor amicam
Eliget, ac penitus patrium mutabit amorem.
Lenior exercet uitam emendare uolentes.
Has miſer ingeminat Betſamidos incola uoces,
Et Cariatharidas ciues exorat ut arcam
Inde parent patrias curru uectare ſub oras,
Inq; ſua ſedem tribuant huic urbe requirit.
Hi morem pietate gerunt, arcamq; rogali
Aminadabæis important omine tectis
Magno, unoq; creant cuſtodem Eleaſaron omnes
Aminadabiden uoto, illum cura tuendi
Arcam fida manet, uiginti temporis annos
Exigit haud tardè mora dilabentibus horis.
Interea arca loco ſeruata remanſit eodem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Dum gerit hæc uarijs gens rerum agitata procellis,
Crudeles reparant immania bella Philiſtæ.
Vnde Deum aßiduis onerat gens anxia uotis,
Vt ferat auxilium belli graſſante tumultu.
Haurit ut Elcanides triſtes pater aure querelas,
His ſcelerum monitis frenare laborat amorem:
Irritare Deum conſueta furore potentem
Turba, pios ſtudijs melioribus indue mores,
Et ueniæ omne nefas cupido emendare nefandum
Pectore perge, Deoq; uni te crede ſupremo.
Vana Deûm ſimulacra tuis ſimul eijce templis.
E medio Aſtarothen ſtatuam ſine numine tollas,
Ac furias compeſce tuas formidine pœnæ,
Et Deus in medio ſæui te turbine belli
Adſeret, ac meritas dabit hoſtis ſanguine pœnas.
His ueniam monitis erroris adacta precatur
Gens perculſa metu, pietatis & haurit amorem,
Quæ monitore frequens Maſphatida tendit in urbē
Vate uiam, omne coit facto uelut agmine uulgus.
Et ritu haurit aquam delicta piare uolentum,
Orandoq; Deum uacuas effundit in auras,
Exercetq; pias noua per ieiunia mentes,
Erroremq; Deo mœrore profeſſa laborat.
Tot coijſſe uiros ſæuis uulgata Philiſtis
Vno fama loco turbam detexit inermum.
Martius unde furor ſpem uincendi haurit inanem.

Obſidet

Obſidet & magnis incautam uiribus urbem.
Elcaniden acti uatem formidine ciues
Sollicitare Deum pro ſe ne deſinat orant,
Vt tegat auxilio, & uindex hanc adſerat urbem.
Vates lactentem ſacris agnum immolat aris,
Orandoq; Deum nocteſq;, dieſq; fatigat,
Donec opem optatam uotis pater annuit ultrò.
Vates ſacra parat, pugnam incoat hoſticus ardor,
Vincendiq; furens mouet arma cupidine Mauors.
At ciet ingentes diuina fragore tumultus
Dextra, fugatq; metu uenturi uulneris hoſtes.
Dantes terga Deo duce uictrix turba Philiſtas
Vrget, & exuuias domito parit hoſte ſuperbas.
Vnde rei geſtæ monumentum erexit ibidem
Elcanides, (nequeat quod edax abolere uetuſtas)
Ingens urbem inter Benam, & Maſphatida ſaxum.
Caſibus his actos frangit formido Philiſtas,
Elcanide unde mouent nullos uiuente tumultus.
At Iudæa Deo ſequitur tutore quietem,
Et recipit quondam quas bello amiſerat urbes.
Armat Amoræi quoq; nulla potentia regni
Bella, decus regni pax omne togata tuetur
Præſide uate, manet fato huic dum uita ſuperſtes.
Emeritæ æger erat qui iam languore ſenectæ,
Muneris ecce ſui Natis delegat honorem,
Vt ſibi ſuccedant, & munia ſacra miniſtrent,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Conſilijſq; regant populos, ac lege gubernent.
Sed quia nec patriæ laudis regit æmula uirtus,
Crimina nec pietatis amor patrare moratur,
Hos autore Deo uindicta dolore fatigat.
Arbitrio indomiti dirimunt dum iurgia uulgi,
Illicitis inhiant donis, nec iura tuentur.
Illa graues ætate uiros iniuria mouit,
Vt caput imperio peterent uirtute potentem
Regem, qui patriæ, rerumq; teneret habenas.
Vrbe morobatur Samuel Ramathaide uates,
Illum, nulla uiam mora tardat, adire cupido,
Speſq; iubet uoti, atq; autorem poſcere regni.
Attonitã Elcanides mentẽ haurit ob improba uulgi
Auſa, Deumq; rogat dubitans quæ facta ſequatur.
Dat reſponſa Deus: poſcunt quodcunq; ſequaris,
Quà ueſana rapit cœcas petulantia mentes,
Frena meo debes iuſſu laxare furori.
Non hæc te rabies, ſed me diro abijcit auſo,
Vindice me quam digna Deo ſua pœna manebit.
Donec ab AEgypti gens libera regna Tyranno
Pace potita gerit, mea ceu nil iuſſa ueretur:
Sic te nunc onerat curis, odioq; fatigat.
Tu refragari damnoſo deſine uoto,
Quem petit imperio hac dabo cõditione monarchã:
Exiget hic meritas omni pro crimine pœnas,
Et premet inſanæ cœcum leuitatis amorem.

Aurigas alios nulla mercede colonos
Eliget, hos equites, illos adhibebit aratro,
Militiæ ſaciet nullo illos ære magiſtros,
Duraq; cudendo tractare metella peritos
Inſtrumenta fero ui coget idonea bello
Vt ſaciant, operas nec tales ulla ſequetur
Merces, uenturæ nec erit ſpes ulla quietis,
Noctes atq; dies onus hos immite laborum
Vrgebit, tales pendet gens impia pœnas.
Innocuas etiam premet hæc ſortuna puellas.
Hanc edoctam, Apotheca ſagax quibus utitur, artes,
Eliget, ut uarios medicinam promat ad uſus.
Hæc exercebit paneſq;, ciboſq; coquendi
Artem, diuerſas operas aliæq; ſequentur.
Rex idem priuabit agris, opibuſq; colonos,
Sic & oliuetis, & ne uindemia fundat
Larga merum, uineta ſuis cultæ auſeret oræ
Vi dominis, fructu ne diuite fœnora reddant.
Ancillas etiam, ſeruoſq; iugo anget eodem.
Quin armenta, gregeſq;, tenax quos cultor agrorum
Pauper alit proprios domino ringente tenebit.
Durus opum exactor decimas, frugumq; requiret,
Hoc decus omne modo libertas aurea ponet,
Et ſerò ueniet ſtolido ſapientia uulgo.
Exorare Deum optatas uir nemo ualebit
Suppetias, querulis occludam uocibus aures.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Hic ſtatus, hæc ſtolidam gentem fortuna ſequetur.
Hac ratione geret Rex illum miſſus honorem.
Has ſerit ore minas, quæ ſæua pericula ducunt,
Vates, at populi rabies his neſcia flecti,
Poſcit ut antè ducē, qui ſceptra monarcha gubernet
Regni, ac bella gerat, legumq; exaſperet iras.
Cum furias ſequitur ſolitas inſania uulgi.
Auribus hunc aperit diuinis uoce furorem
Elcanides, cui dicta Deus dat : ut impius error
Flagitat, imperio optatum caput elige regem,
Nil læſura leues animos ego uota morabor,
Annuo molitur quod inutile cœca cupido
Plebe furente, decus, me uindice pœna ſequetur.
Accipit hæc uates, tacitoq; dolore laborat,
Et redeat patrias monet agmen ut omne ſub oras.
Inſignem pietate uirum, meritiſq; loquuntur
Scripta Dei ingrato nutu olim tradita mundo.
Gentis ab Ebreæ qui duxit origine uitam,
Et famam moriens immunem morte reliquit.
Hoc genitore docent eadem monumenta creatum
Eſſe uirum, Saulem proprio quem nomine dicunt.
Quem ualido armabat iam robore iunior ætas,
Pulcrior alter erat quo nemo, nec alter honorem
Maiorem meruit præſtantis nomine formæ.
Pulcrior unus erat, procerior omnibus unus,
Omnes ille alios humero ſupreminet alto.

Hunc quondam amiſſas ſcitatum mittit aſellas
Ignarus fati genitor, ſortiſq; futuræ,
Detegit hæc peregrè quam miſſo occaſio nato:
Cum puero, comitem dedit huic quem cura parentis.
Tendit iter laſſans uires errore uiarum,
Mancipia ut monitis parens amiſſa requirat.
Sed quia nequicquam teritur pede deuius error,
Sic puer alloquitur Saulem: hac uolat urbe morarē
Fama ſenem Elcaniden aperire futura peritum,
Occultaſq; uiris res diuinare canendo.
Illius conſulta uias oracula pandent,
Per quas euentum felicem uota ſequentur.
Conſilio pueri Saulem parere uoluntas
Prompta iubet, rogat unde uiro quæ dona miniſtrēt,
Quæ gratam tali mentem pietate loquantur.
Huic puer: ecce parū hunc mihi ſuppetit æris ad uſū,
Hoc donare potes quæſitum oracula uatem.
Obſequitur monitis Saul hæc quem fata ſequuntur.
Optatæ urbis adit ſedem, & reſponſa requirit
Elcaniden preciò. Ingreditur dum neſcius urbem
Fatorum, egreſſas implere liquore puellas
Vaſa, rogat uatis uia quæ ſe ducat ad ædes.
Reſpondent illæ: quem queritis, ecce Prophetes
Antè breui ſpacio graditur, lentam ergo ſequendo
Præcipitate moram, hoc momento uenit in urbem,
Aſſueto dum monte ſuper gens immolet aris,

Dona

Dona Deoq; litat ſolito ſolennia ritu.
Iam medio urbis iter maturat uterq;, Propheten
Oppoſiti aſſequitur ſuperantem culmina cliui.
Iam quoniam antè Dei dederat uox ſigna Prophetæ
Venturi iuuenis, quem regem fata uolebant,
(Et quem Beniamidos Deus oræ dixit alumnum,)
Adſereret patriam ut gentem hoſte furente Philiſto,
Quam pater omnipotens hac lege iuuare parabat,
Vt notat obtutu Saulem huc ueſtigia uates
Ferre, uides quẽ ferre gradũ huc, populo elige regẽ,
Vox diuina ſonat, uatem compellat euntem
Cißides dubitans hunc eſſe: Domum indice Vatis
Voce refer qua parte ſitam ſit adire facultas.
Huic Samuel: fato iuuenes quem quæritis adſum,
Ite, gradu collem properi ſuperate iacentem,
Ponè ſequar, ſacrũ, ipſe, miniſtrẽ ut munus ad aras.
Quo mecum exacto poſitis diſcumbere menſis
Cißide debes, oraculaq; indice diſces
Me doctura uiam, amißas quæ reddat aſellas.
Sollicitare tuam hac curis ſpe deſine mentem.
Craſtina cùm reuehet croceas aurora qurdrigas,
Auſpicio læto me fata latentia diſces
Vate, uiamq; uocant hæc qua te cunq; capeſſes.
Hæc pandet tibi fatales occaſio laudes,
Hæredem quarum te uult diuina poteſtas.
Te penes imperij maieſtas ſumma monarcham

Laude potentis erit fatali, & copia rerum.
Tu patriæ unus eris pater, & ſpes una ſalutis.
Voce ſtupet tali Saul, uerbaq; talia fatur:
Laude mihi patriam tribus exhibet infima ſtirpem.
Et fore me regem miro adſeris omine uates.
Talia mirantem iuuenem promiſſa Prophetes
Ire iubet ſecum, primaq; accumbere cogens
Menſæ ſede locat, conuiuæ hunc præſtat honorem
Ante uiros alios, eadem quos prandia paſcunt.
Antè reſeruari huic uates quem iuſſerat armum,
Lance iubet promi, & conuiuæ hunc orbe locari.
Et monet ut genium potuq; , ciboq; ſerenet,
Reſponſura pijs promittens omnia uotis.
Eſt ubi pulſa fames, menſaſq; miniſtra remouit
Turba, iugo cliui uates deſcendit in urbem
Saule ſequente, facit cui uerba frequentia ductor.
Nox riguum rediens ſuadebat inire ſoporem,
Elcanidæ ſuaſu componunt corpora ſomno.
Sole dies ſupra terram emergente redibat,
Vt cubitu ſurgant uates hos ore laceßit.
Surgit, iterq; parat, data quò ſe oracula ducant,
Cißides, comes it ſpacio breuiore Prophetes,
Qui tetigêre ferè cùm portas urbis apertas,
Saule morante gradus puerum proferre coëgit,
Inde Dei exequitur nutu rem talia fando:
Auſpice me diuina creat te gratia regem,

Impe

Imperijq; caput uult eſſe, potente gubernes
Vt uirtute uiros, tueareq; uictor ut armis.
Dixit, & aëreos olei unà uaſe liquores
In caput effudit iuuenile, ducemq; creauit,
Quem penes eſt unum regnandi ſumma poteſtas.
Quo facto alloquitur nactum ſic regis honores
Cißiden: autore Deo hæc te ſigna probabunt
Electum Regem, memori quæ mente notabis:
Euentu mea uerba fidem teſtante ſequentur.
Vos Rachelis iter defunctæ ducet ad urnam,
Limite Beniamidem regio quà terminat oram,
Vnus & alter ubi uir uobis obuius ibit,
Talia qui dicent: Aſinas Ciſſæe paternas
Deſine ſcrutari, læti reperêre penates.
Corda quibus nunc poſthabitis pater anxia rodit,
Mœſta tui deſiderio quem cura fatigat.
Inde uiam tendes fato ducente ſub oram,
Quam celebrem iactat ſuus incola Tabore quercu.
Obuia lenta ferent tres hîc ueſtigia uobis
Ecce uiri, unus onus quorum tres ſuſtinet hœdos
Subnitens humero, alter habet Cerealia panes
Dona, mero undantem dulci gerit ille lagenam.
Ore ſalutabunt uos hi, tibi donaq; proment
Binos, me monitore manu quos accipe, panes.
Inde Dei Collem, quem tali nomine dicunt,
Accedes, ubi ſæpe locant ſua caſtra Philiſtæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Hîc intraturo uatum chorus obuius urbem
Ibit, & excipiet ſuauis te Muſica regem
Dulciſono cantu, harmonicis quem uocibus edet,
Quoq; tibi mentem pariter mulcebit, & aures.
Et quoniam dicent populo unà oracula uates,
Tu pariter motu hæc diuino exempla ſequeris,
Contendeſq; uiros æquare futura canendo.
Illa fidem facient noſtris miracula uerbis,
Quæ memori iubeo tu ſingula mente recondas.
Galgalida hinc greſſus pede carpe uiator in urbem,
Dumq; nouo terram radio lux ſeptima ſpargat,
Te mora detineat, præſens ubi cœtera pandam.
Cœſa Deo gratam hîc teſtabitur hoſtia mentem,
Meq; monente ſacris dignos adolebis honores
Aris, inde uiam carpes quò fata uocabunt.
Hæc ubi dicta dedit uates, pedes ire parabat
Ciſsides, huic adflatu ſua pectora mutat
Vim ſpirante ſalutarem diuina poteſtas,
Accenditq; nouam uirtute potente uigorem.
Dum maturat iter ſtudio fatale ſecundo,
Reſpondere uidet dictis promiſſa Prophetæ.
Vatum more canit uentura, quod inſcia uulgi
Turba ſtupet, cauſæ occultæ quam decipit error.
A patruo iuuenis cauſam quæſitus eundi
Ad loca diuerſo poſitæ ſub ſidere terræ,
Quæſitum amiſſas ieram reſpondet aſellas

Iuſſu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Iuſſu patris, iter ſed ſpes quia luſit inanis,
Anceps Elcaniden quæſiui oracula uatem.
Indice quo didici inuentas lætatus aſellas.
Hæc aperit patruo Ciſsides, cœtera muſſat.
Interea coëant Maſphatida mandat in urbem
Elcanides populi, denſum undiq; confluit agmen
Penè carens numero, quo dante ſilentia uates
Incipit hæc fari: diuinas accipe uoces
Me referente nefas gens auſa furore, Deus me
Verba loquente facit, uox quæ mea talia fundit:
AEgypti adſeruit domito tua regna Tyranno,
Aſsiduoq; iugo tibi mota pericula fregit
Dextra, tuoſq; omnes mea ui compeſcuit hoſtes,
Nec tamen agnoſcis tanti argumenta fauoris.
Proijcit impietas tua me, regemq; requirit,
Quem dabo, uota ſequens, urget quæ cœca cupido.
Hæc ait, èq; omni populo ſors miſſa fatetur
Electum læto Ciſsiden omine regem,
Qui quia fatales quaſi detrectabat honores,
Se patrio occuluit tecto, fugitq; futuram
Sortem, ſed monitore Deo detecta patet fraus.
Vnde coactus init leges, ac iura monarchæ,
Quem mediũ ut ſtatuit populo ſpectante Prophetes,
Vertice ſublimi ſupereminet arduus omnes.
Iam ſedata ſilent clamoſi murmura uulgi,
Sic Regem Elcanides populo commendat ouanti:

Corporis eſſe parem cui dotibus ipſa fatetur
Res,oculiq; probant,caput hunc diuina poteſtas
Eligit imperio,rerumq; huic tradit habenas.
Hanc uocem aure notat gens, & uoto utitur uno,
Multos ut felix Rex optant exigat annos.
Poſthæc ius aperit, quo ſubdita regna gerentur
A duce Ciſside uates, populumq; ſub oras
Dimittit patrias,Regem quoq; adire penates
Præſidio comitante iubet, cui quos ſua uexat
E uulgo rabies fatò data regna recuſant
Gratari,atq; negant,pietas quem debet,honorem.
Muſsitat hunc rex , & memori odit mente furorē.
Luna ſemel coitu latuit, ſemel integra fulſit,
Hoc trux elapſo ſpacio armis obſidet urbem,
Obſidione premens longaq; fatigat Iaben
Dux Amonitarum,Naan quem nomine dicunt.
Incola ſpe pacem adflictæ labente ſalutis
Poſcere crudelem uel deditione parabat
Hoſtem, qui tali pacem ratione ſpopondit :
Lumine priuari dextro ſi nemo recuſet,
Perpetuam hac urbi promittit legè quietem.
Septem forte dies hoc acti turbine ciues,
Oppida ſuppetias orent ut patria,poſcunt.
Quòd ſi nemo ducum ſpacio illo uindicet urbem
Auxilio , tàm dira nihil iam pacta recuſant.
Nuncius it uolucri Gabaen pede miſſus in urbem.

Regia ubi ſedes, ac tanta pericula narrat,
Sæuitiamq; trucis, quam bello exerceat, hoſtis.
Vrbs pauet agnatæ tam triſti exercita caſu
Gentis, & indulget lacrymis, luctuq; laborat,
Et planctu, gemituq; implet turbata plateas.
Forte armenta uenit Saul rure ſecutus eodem
Momento, haurit ubi is funeſtas aure querelas,
Obſtupet, atq; urbem tanto quæ cauſa tumultu
Miſceat ore rogat, quam cum certo indice diſcit.
Impetus huic oritur diuinus, & arma miniſtrat.
Quos agit ille, boues ferri ambos diſſecat ictu,
Iſraeliticas & fruſta cruenta ſub oras
Mittit, & hæc pauidas præcone uolante per urbes
Vulgari mandata minis atrocia curat:
Arma mouere uirûm mecum quicunq; recuſet,
Elcanidenq; ſequi, communem inuadat ut hoſtem,
Et patriæ ornamenta tegat, regemq; ſequatur,
Quo belli fortuna uocat, quo gloria regni,
Vt diſſecta boum rigido ſunt corpora ferro:
Ille pari exitium patietur flebile fato,
Saucius immani pendat dum uulnere pœnas.
Hæc mandata ſtupent concuſsi horrore coloni,
Et uires acuunt dandæ formidine pœnæ,
Si non arma parent exemplo regis in hoſtem.
Pro patriæ malunt defungi pace periclis,
Quàm ſine laude mori, & funeſtas pendere pœnas.

Regia quod poſcunt mandata ſequi omnibus idem
Impetus, unanimi conſpirant fœdere belli,
Et coëunt ſtudio regem, patriamq; tuendi.
Rex uno agnoſcens omnes armare modo ſe,
Ocyus hæc reſponſa dari urbi curat Iabæ:
Cras cùm ſiccet agros rapido ſol igneus æſtu
Vindice me ueſtrum grauis impetus obruet hoſtem
Armorum, ut ſocio pendat cum milite pœnas.
Voſq; meo auxilio melior fortuna ſequetur.
Reddit Iabæis ſpem uox hæc miſſa ſalutis
Ciuibus, exitijq; metum ſolatia tollunt.
Qui, (dolus inſidijs inſignis ut urgeat hoſtem)
Olli reſpondent: ſparget cum craſtina lucem
Orta dies, ultrò portas tibi pandet, & urbem
Deditio, quæuis nos ut tormenta fatigent.
Excicium ferimus miſero lacrymabile fato.
Poſtera lux oritur, uibrantq; crepuſcula noctem
Matutina: ſuas triplici inſtruit ordine turmas
Ciſsides heros, ſæuumq; educit in hoſtem.
Tempus erat, matutinas quo caſtra ſequuntur
Excubias, magnis in prælia motibus omnem
Vim ciet armorũ, et pugnam incoat impete magno,
Et domat aduerſis armatum uiribus hoſtem
Victor, & innumeras edit certamine cædes,
Deturbatq; uirûm nece millia multa ſub umbras.
Vda madet fuſo cæſorum ſanguine tellus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Vndiq; & exangui fœdata cadauere ſquallet.
Dum medium feruente diem ſol torruit æſtu,
Acre feri durauit opus certamine Martis,
Tanta Deo hoſtilem uis obruit auſpice turmam,
Cœdibus eſt ingens funeſtis edita ſtrages.
Hæc quia fata iuuant tentantem prima Monarchā
Prælia, & inſigni uictorem laude ſerenant,
Hunc illi proceres, hunc illi uulgus honorem
Gratando ſequitur noua læto gaudia plauſu,
Indagatq; uiros, quorum olim lingua negarit
Electum eſſe Deo Ciſsiden auſpice regem,
Vt pœnas illos tali pro crimine poſcant.
Sed regis pietas diſſuaſu hæc auſa moratur.
Hoc mihi nemo die dabit illo nomine pœnas
Rex ait, aſſequimur quo maxima præmia laudum,
Et redit optatæ ſpes pacis, & arma quieſcunt
Hoſte iacente, decuſq; parit laudabile regno,
Reddit & auguſtam uictoria parta quietem,
Et Deus adflictam tanta uirtute ſalutem
Adſerit imperij, mea dextera cuius habenas
Ipſo autore regit, rerumq; onus una gubernat.
His coëunt actis Ramathaida rebus in urbem
Elcanide monitore uiri, noua iuſſaq; diſcunt,
Et ſtudio certant Regem, Elcanidenq; colendi
Conueniente ſenem, ac prompti mandata capeſſunt.
Exemploq; ſenis uenerandi ſacra faceſſunt,
Dona litant aris grataſq; loquentia mentes,
Læticiæq;

Læticiæq; diem hunc ſacrant, geniumq; ſerenant.

Agmine ſtipatam denſo compellat ouantum
Turbam uoce uirûm poſt orta ſilentia uates :
ô gens in uicium mores laxare nefandos
Prona, memor mea dicta notes, & crimina morum
Emendare pares, quibus irritare cupido
Meq; , Deumq; ſolet tua digna dolore domari
Perpetuo, ſcelerum autores quo pœna fatigat.
Sæpe tuæ auxilium mea præſtitit utile uitæ
Virtus, dura malis cum te fortuna grauaret.
Profuit in medijs pietas tibi noſtra periclis,
Et tulit adflictis ſolatia mitia rebus
Conſilio, ſtudioq; Deum placare minantem
Pœnas, ſupplicio tua quæ delicta piarent.
Sæpe tuli molem rerum, curaſq; tuarum,
Sæpe graues geßit me curia iudice cauſas,
Nec tamen ulla fides mihi debita præmia reddit,
Si qua reum meritæ me pœnæ culpa fatetur,
Si quem fraude uirûm preßi, ſi crimine linguæ,
Si furtoue, doloue tuli, quam ſancta uetabant
Iura bouem, aut alio data ſunt diſpendia fuco.
Coram Rege, Deoq; nihil niſi iuſta probante
Signa refer manifeſta, datiſq; accepta rependam
Damna tibi, & lucri partem hæc iactura ſequetur.
Fraus non ulla meam iuuat, aut iniuria mentem,
Me pietatis amor quenquam uiolare moratur.

Hæc ut dicta notat gens, uno illa ore profatur:
Ne uenerande ſenex hæc te nunc cura fatiget.
Nulla tulit nobis te uis autore dolorem,
Nulla dedit damnum manifeſto iniuria fuco,
Nulla latente dolo, te criminis eſſe negamus
Ore reum unanimi ullius, uox conſona menti
Noſtra, iubet quod amor ueri, ratioq;, fatetur.
Elcanides dat ad hæc uates ſua dicta uiciſſim:
Me quia ueſtra nefas nullum admiſiſſe fatetur,
Vna nimis me uox & culpa liberat omni.
Illius ore Deum teſtem, imperioq; potitum
Supplice poſco ducem, quorum hic te lege gubernat
Ille tuos ui tutor auos graſſante Tyranno
AEgypti adſeruit, pacatæq; intulit oræ,
Et Moſen, fratremq; Aaronem, ut ſumma maneret
Rerum hos cura uiros duris aſtrinxit habenis
Indomitæ gentis, gererent ut munia regni,
Donec ad optatam per mille pericula ſedem
Gens penetraret, & exciperent hanc debita fatis
Littora, quæ lætam præberent tuta quietem.
Hæc benefacta Deus uel maxima præſtitit olim
Huic populo, unde trahit uim ueſter origine ſanguis.
At quoniam obliti tantæ bonitatis ad iram
Irritare Deum ſunt auſi errore nefando:
Pœna ſecuta nefas domuit leuitatis amorem.
Regis Aſoræi gentem inſectata Tyrannis,

Conniuente

Conniuente Deo uictrix impune uirorum
Millia multa truci demiſit cœde ſub umbras:
Hoſtes gens etiam ſæuos experta Philiſtas
Suſtinuit uario uiolenta pericula caſu.
Quin Moabitarum munita potentia regno
Inuicto, domuit bello Iſraelitida gentem,
Et nullo prohibente minis turbauit, & armis.
Emendare neſas tàm ſæua pericula gentem
Clade coegerunt triſtes pariente labores.
Supplice uoce Deum ueniam exorare laborant,
Erroremq; ſuum ſic deteſtata precantur:
Parce Deus meritæ pauidis formidine pœnæ,
Parce neſas morum promptis infame fateri,
Et te ſi qua grauem labes accendit in iram,
Da ueniam culpæ, & lapſam inſtaurare ſalutem.
Fictiçij quia poſthabito te numinis aras
Dignari uetito nos turpis honore cupido
Impulit, & falſos cultus cumulare coëgit,
Iure tuo hac pœnam nos pro leuitate frequentem
Poſcis, & ad ueniam inuitas terrore minarum,
Quam dare te bonitas, quam patrius impetus urget.
Erue nos uindex ſæui è diſcrimine belli,
Ac noſtros meritis exerce cladibus hoſtes:
Et tibi, quem par eſt, grati ſpondemus honorem,
Teq; Deum æterno cultu celebrabimus unum,
Quem tremit immenſi ſubiecta potentia mundi,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Annue, quã petimus cõtra arma Tyrannidos ultor,
Mitis opem, & belli da regnum immune tumultu.
Hæc cùm uota Deo gens acta timore futuræ
Pœnæ ferret, opemq; caducis rebus amicam
Poſceret, admiſſæq; odio ſua pectora culpæ
Tunderet, & ueniæ ſpem corde gemente foueret:
Has diuina preces patrio clementia motu
Hauſit, & optatæ bona reddidit alma ſalutis.
Egregios uirtute uiros, nec rebus, & armis
Obſcuros geſtis ductores ſupplice belli
Gente dedit, quorum uirtus exercuit hoſtes,
Et tulit auxilium lapſis prius utile rebus.
Sic te diuinæ gens ſæpe potentia dextræ
Texit, & in medio ſeruauit turbine belli,
Optatamq; dedit ſedem, patriamq; togatam.
Cum bona tanta Deo te dante ſubinde ſequantur,
Non tamen agnoſcis patrium acta furore fauorem
Hæc meriti nec mente memor benefacta reponis,
Sed ſecura nihil leuitas tua numinis iram
Curat, & accepto leuis omnis gratia fructu eſt.
Rex Amonitarum tua cum uaſtare pararet
Regna, tuoſq; fero uexare furore penates:
Arma mouere Deo ductore, decuſq; tueri
Te patriæ rabiem ſectando uelle negabas,
Et tua Rege geri dementia ſceptra uolebat
Imperij dominante, tuos qui funderet hoſtes
Victor,

Victor, & adſcreret patriæ certamine laudem.
Annuit ergo Dei quamuis inuita, quod optas,
Datq; diu optatum ſtulto clementia uoto
Regem, cuius opem patriæ tutela requirat.
Iam ſi lege tuos pietas innoxia mores
Conueniente reget, diuinaq; iuſſa ſequetur,
Et ſtudio regem colet æquo, & cœtera iuſto
Acta geret candore, nefas ne facta ſequatur:
Imperium felix ſpondet, pacemq; perennem
Vox me nate Dei, quo bella uolente quieſcent,
Et patriæ reddent lætam aurea ſecula pacem.
At ſecura trahet ſi pœnæ corda cupido
In uicium, & prono demens ruet impetus alueo.
Nil remorante metu nocuæ leuitatis amorem:
Indignante Deo uos dira pericula perdent,
Ira graui incandens cùm uires hauriet æſtu.
Et quia ſupplicium tibi flebile noxa meretur
Nunc etiam ingenuos fœdanti crimine mores:
Pone metu pœnæ gens cœcum impulſa furorem,
Et ueniam admiſſæ prece poſce Deum anxia culpæ.
Imperio regem petijt tuus error auito,
Hac leuitate Deum uiolentam accendis in iram.
Qua flagrans ſpecimen læſæ miracula mentis
Edet, ut agnoſcas te pœnam errore mereri,
Nec nocuum autori cumules impunè furorem.
En nunc alma Ceres maturas canet ariſtas,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Et tellus ſicco pluuias ſitit arida campo,
Nullaq; tempeſtas cœlo nunc aëra turbat,
Et tamen imbre graui ſoluet ſe lucidus æther
Me poſcente, Deus uaſtoq; fragore tonabit,
Incutietq; uiris ſæuum igne micante pauorem,
Et pauidum horrendis quatiet terroribus orbem.
Hæc te oſtenta nefas graue commiſiſſe loquentur
Poſcendo Regem, toties quem fata negabant.
Dixit, & extemplo nymbo ingruit horrida nubes,
Et pluuio orta ciet tempeſtas imbre procellas,
Ac concuſſa tremit uaſti ictu machina mundi.
Hoc gens prodigio Samuelem exercita uatem
Orat opem, ille Deũ prece flectat ut arma minantẽ.
Illiciti ſerò ſapientem pœnitet auſi
Gentem, quæ precibus ueniam communibus orat.
Quam ſic attonitam nimium formidine pœnæ
Alloquitur uates, leuet ut ſolamine curam:
ô gens ne deſiſte Deum placare precando,
Flectitur orando ueniam illius ira furori,
Quo mortale genus nil hunc turbare ueretur.
Vis quem nulla poteſt, quem flectere nulla poteſtas,
Freta fauore Deum patrio fiducia uincit,
Quæ pugnace minas prece flectere ſudat, & iram.
Ne te uana ſequi cœcam impius urgeat error,
Vtilitas quibus omnis abeſt, quæ neſcia uitam
Sunt ſeruare, malis hanc quando pericula uerſant.

Quòd

Quòd ſi corde Deo toto ſeruire labores,
Ob proprij laudem te nominis adſeret ultor.
Te populum eſſe ſuum uult, nec promiſſa retractat,
Te teget in medijs uitæ, armabitq; procellis.
Nec me tanta ſenem amentem ueſania reddet,
Vt placare Deum pro te prece ſupplice ceſſem.
Teq; docere uiam, tua quæ ueſtigia ducat,
Ne titubent errore, Deo qui commouet iram.
Tu modo iuſſa metu pœnæ diuina capeſſas.
Sinceraq; colas ſummum pietate parentem,
Et uereare Deum totis hunc uiribus unum.
Edidit auſpicio noua quæ miracula diro,
Vidiſti, reuocare quibus tentauit inertes
A uicio mentes, quas ni nunc talia tangant
Damna, nefaſq; metu cogant uitare minarum:
Irritata trahet ſæuam patientia bilem,
Teq;, tuumq; lues pœnæ obruet anxia regem.
    Annua lapſa ferunt properanti tempora curſu,
Hoc ſpacio regni Ciſsides geſſerat heros
Læta ſorte decus, tanti & dominator honoris
Nactus erat diadema, duos & rexerat annos
Iſraëliticam gentem: tria millia bello
Legit, & arma uirûm. Se robore munijt horum.
Cœtera turba domi peperit ſine uulnere laudem
Sectando pietatis opus, moremq; gerendo
Legibus humanæ quæ ſunt ceu uincula uitæ.

Patria

Patria cœpta iuuat Ionathas haud infimus uſu
Armorum iuuenis, quem roborat inclyta uirtus:
Militis exiguo ſocij qui prælia mouit
Præſidio, & magna ſæuos uirtute Philiſtas
Fudit, quos Gabaen coijſſe ferebat in urbem
Fama, darent hæc ut ſtationem mœnia caſtris,
Millia multa uirûm uires ſociaſſe loquuntur,
Horum autore Deo domuit tamen agmina uictor
Saulides iuuenis ſpolio cumulatus opimo.
Exitij hæc turbant formidine fata Philiſtas.
At dilecta Deo gens uires armat in hoſtem.
Rex ouat auſpicio tali, ac clangore tubarum
Læticiæ dat ſigna, datur quacunq; poteſtas,
Audiat hos (clamans) gens toto Ebræa triumphos
Regno, acuatq; uiris uictoria Martis amorem,
Quam uelox patrias diuulgat fama per oras.
At nondum arma furor licet illũ hæc fata ſequãtur,
Hoſtilis poſuit, ſtudio qui creuit inani.
Millia lecta nouo coëunt in fœdera bello.
Mille parant decies currus ter, & agmina ſtipant
Denſa globo, et cogunt peditũq;, equitũq; cohortes.
Quorum pene caret numero ingens copia, tanto
Agmine ſe glomorant, acuuntq; in prælia Martem.
Copia littoreæ uel quanta putatur arenæ,
Tanta ruit numero gens, quà belli impetus urget.
Et conſerre manus peltatas hoſtibus ardet.

Hæc oræ exercet uis Iſraelitidos urbes,
Sollicitatq; metu, & latebris ſeſe abdere cogit
Exanimes horrore uiros, & cedere fatis.
Nauigio ſuperat tumidi altas Iordanis undas
Gens Ebræa metu exitij, patriamq; relinquit,
Limite ubi regio Gade, Galadeq; cohærent.
Iam quia uate dies ſeptem monitore moratur
Ciſsides heros Galgalide in urbe, timorem
Haurit, & externas deſerto rege ſub oras
Gens profugo molitur iter pede, bellaq; uitat.
Rex populo tentante fugam, & creſcente periclo,
Eſſe latente Deo accenſam iram ſomniat auſo.
Vnde ſacris uetitos aris incendit honores,
Et placare parat motam libamine bilem.
Deuouet huc ueniens temeraria facta Prophetes,
Remq; Deo damnans inuiſam talibus infit:
ô rex auſe nefas, quod pœnam infame meretur,
Quo rapit in uetitum te cœca furore uoluntas?
Quæ præcepta Deus dedit, ut ceu norma gubernent
Te, uitamq; tuam, uiolat temerarius error,
In triſtem hæc te præcipitat dementia pœnam.
Hæc ſi non leuitas uicijs laxaret amorem,
Perpetuo fato te regna beata manerent.
At quia non licito demens audacia facto
Quærit opem diffiſa Deo, (qui ſæpe moratur
Auxilium, ſed non patrij promiſſa fauoris

Mutat,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Mutat, & adflictam ſolet inſtaurare ſalutem)
Non uelut antè tui durare potentia regni,
Aut ſeruare poteſt decus ullo labile pacto
Imperij, aduerſo cadit omnis gloria fato.
Succeſſore nouo te reijcit ira Tonantis,
Qui ſibi laude uirum nulli, aut pietate ſecundum
Elegit, regni qui lege gubernet habenas
Conueniente, Deiq; piò candore ſequatur
Iuſſa, cor illius ſtudioq; oblectet honeſto,
Hæc quod uicit amor ſcelerum, te damna fatigant.
Hæc ait, & pœnæ attonitum formidine regem
Linquit, iterq; pedes Gabaen maturat ad urbem
Elcanides, trepidat Rex tanto corda periclo,
Enumeratq; uiros, ſecum qui robora iungunt,
Quorum ſexcentos res explorata fatetur
Eſſe, fugam reliquos moliri terror adegit
Hoſtilis, rabieſq; aduerſi turbida Martis.
Hoc Rex præſidio Gabaë ſe munit in urbe,
Et Ionathæ gnati fidens uirtute furorem
Suſtinet hoſtilem, & ſe opponere uiribus audet.
Vrbs erat, indigenæ gentes Michmaida dicunt,
Caſtra Philiſtæi hic pugnã atq; aciẽ agminis armãt,
Et pleuis fundunt ſeſe hinc in prælia portis,
Treſq; cient turmas, hoſtiliaq; arma laceſſunt.
Iam quoniam æra uirûm fabricandi nouerat artem
Nemo, quibus patriam tellus regionis Iudæ

Forte dabat (paſſi nullos habitare Philiſtæ
Sunt incude uiros ferrum tractare peritos
Iudæas urbes, ne gentes arma pararent
Illorum arte) acies ſic uſu quando ligonum
Eſt hebetata, laborq; attriuerat ære ſecures
Obtuſo, aut alias, quas cura requirit agrorum,
Res, fabram norant artem quos ſcire Philiſtas,
Vſus idem quoties poſcebat, adire coacti,
Sollicitare uiros precio, precibuſq; ſolebant,
Ferri inſtaurarent attriti, aut uomeris uſu
Illi acies, regio fabris Iudæa carebat.
Vnde dies pugnæ cum ſeſe protulit ortu,
Arma, quibus tegerent patriæ hoſte furente ſalutẽ,
Nulla fuere, uiros inter Rex unus habebat
Cum nato ſocios bellum inſtrumenta gerendi
Arma, phalanx Martẽ quia cœtera nuda mouebat.
Impetus hoſtilis portis iam fudit apertis
Agmina, & ad pugnam uires accingere mouit:
Regius armigero iuuenis clàm talia fecit
Verba ſuo Ionathas generoſo concitus æſtu:
Arma cie mecum, & quò te mea iuſſa uocabunt,
Aude bella ſequi, crudeles mente Philiſtas
Mille duobus eat ferro infeſtare uoluntas.
Auſpice pugna Deo noſtro ſine uulnere cedet:
Hæc ubi dicta, ſilet, ſtatio & quà nota Philiſtas
Munit, & aëreo alta iugo faſtigia montis
Vallant,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Vallant, aſcenſum præruptaq; ſaxa morantur,
Armigero comitante iugis pedes imminet altis,
Et molitur iter ſurſum, ſuperatq; cacumen
Aſcenſu, nil prærupti conatibus obſtant
Amborum ſcopuli ceu propugnacula montis,
Hinc atq; hinc extare ferunt quos uertice ſummo.
Vna plagam auſtrinam, boreā aſpicit altera rupes,
Quarum Ebræa Boſen hanc, illam nomine Senen
Lingua uocat, ratio eſt in promptu nominis huius.
Sed prius exuperat iuga quàm prærupta, miniſtro
Saulides hæc uerba facit: nunc magnanimo hauri
Pectore robur, opem feret hic diuina poteſtas.
Quà fortuna uiam pandet, data ſigna ſequamur.
Quàm ſpes ulla ſinat mecum præſentius aude
Incircumciſos ferro mactare Philiſtas.
Audentes iuuat ipſe Deus, cum iuſta iubet res.
Seu cieas raro, ſeu denſo milite pugnam,
Non ſeruare Deo labor, eſt quos cura tueri.
Sed de ſucceſſu hæc nos coniectura monebit,
Quam iubet auſpicio tali tentare uoluntas:
Si ſuperare gradu nos uox inimica laceſſet
Montem, ſpondet opem nobis diuina poteſtas,
Sin reuocare gradus hortetur, iterq; morari
Ore minace, uiam retrò uertamus eundo,
Hæc quia ſigna Deū pugnam prohibere loquentur.
Iam propiore loco ueſtigia lenta ferebant,

Fata.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Fatalem dant ore notam illa loquente Philiſtæ:
Ecce ſuis auſæ gentes exire cauernis
Ebreæ, ancipites tentant certamine pugnas.
Has edunt uoces, Ionathæ illuduntq; minando:
Si qua tibi ſuperat, teq; edere prælia uirtus
Incitat, aſcenſu iuga quid ſuperare moraris?
Huc contende gradu, ut uires certamine diſcas,
Et fuſo auſa luent temeraria ſanguine pœnas.
Haurit ut auſpicij Ionathas hæc ſigna ſecundi,
Qua ualet arte uiam molitur, & ardua uincit
Aſcēſu iuga, iāq; gradu haud remorāte propinquat
Hoſtibus armigero comitante, uiroſq; laceſsit.
Qui ſimul aſpectant Sauliden arma minantem,
Exanimes dant terga fugæ, pugnamq; relinquunt,
Sed quam fata cient graue declinare ruinam.
Cœde cadunt uaria, crudeſcit ſanguine Mauors.
Dum mora parua fluit, bis corpora dena trucidant.
Quantum agri ſuperare boum par nouit arando
Vno fortè die, ſpacio ſunt prælia tanto
Victrici tentata manu, ortaq; plurima cœdes.
Exitij exercet pauor hoſti frigidus artus,
Diuinæ incutiunt huic quem miracula dextræ,
Omnibus intentant ſæuum orta pericla timorem.
Diſiectam ſpeculatores certamine gentem
Saulæi cernunt perdeuia rura uagari,
Haud ſecus, ac uictos fuga quondam diſijcit agris,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Nunciat excubitor uigil hæc ſpectacula Regi,
Qui Gabaen caſtris ſtationem elegerat urbem.
Rex numerare uiros, quorum auxilio arma gerebat,
Iuſsit, & hos inter Ionathan deſiderat unum
Cum puero armigero, quos ſigno hoc colligit auſos
Diuino hoſtiles nutu infeſtare Phalangas.
Vnde ſacerdotem paucis adfatus Achiam
More iubet ſolito diuini fœderis arcam
Admoueat, cui tunc dabat urbs eadem inclyta ſedē,
Dum cum rege pius ſua mutat uerba ſacerdos,
Clarior armorum fragor ætheris occupat auras,
Et fuga per totos rapit agmina crebrior agros.
Hoc animaduerſo clamoribus æthera complent
Saul, ſocijq; uiri, magnoq; fragore propinquant
Hoſtibus, & læto procul omine prælia uotis
Reſpondere uident, alterno uulnere Martem
In ſocios ſæuire notant, & creſcere cœdem.
Inq; uicem ſtricto graſſari uulnera ferro,
Nec ſocios ſocijs uires armare tuendo.
Hæc Ebræa cohors caſtris ſociata Philiſtis
Fata ſtupens alienigenam formidine gentem
Deſerit, & gentis patriæ iuuat arma uiciſsim.
Quin terræ abdiderat quos cœco terror hiatu
Armorum, è latebris lætos hæc fata ciebant.
Antè metu lucem qui fugit, & antra petiuit,
Victori populo ſua rurſum robora iungit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Ingens cœde uirûm ſeges it ſuperata ſub umbras.
Millia tot iugulat rigidi uiolentia Martis,
Tantaq; uulneribus ſæuis eſt edita ſtrages,
Fluminis inſtar eant ut fuſo ſanguine riui.
Regem munierant iam millia dena uirorum
Præſidio, adſeruit quos tunc diuina poteſtas,
Et dedit inſigni pacem inſtaurare triumpho.
A pugnæ uia quanta loco interualla Bethauen
Continet urbem inter, tanto certamina feruent
Vulneribus ſpacio, & trux edit funera Mauors
Feruida penè uiris laſſarant prælia uires:
Rex iubet edicto ne quis defeſſa uirorum
Membra prius foueat uictu, quàm cœca tenebras
Nox terris inducat, & umbris occupet orbem.
Pugna die ut toto nece uictrix immolet orco,
Exitio addictos fatali & deleat hoſtes.
Hæc edicta ſequi quicunq; furore recuſet,
Huic iuramento Rex pœnam, iramq; minatur.
Supplicij ergo metu fractum reuocare uigorem
Ante cibo nemo, nigra quàm nox ingruat, audet,
Et ſol occiduas ſua mergat plauſtra ſub undas.
Saltus erat genij uario æquans dulcia tempe
Munere, opaca dabat decus ingens umbra locorum
In uiridi campo, florum qui fudit odorem.
Flumina nectareis commiſta liquoribus ibant,
Aëreo quorum dulcem dabat unda ſaporem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Melle, uiris ſed erat non hanc guſtare facultas,
Quiſq; metu releuare famemue, ſitimue ueretur
Pœnæ, edicta grauem data quam uiolare meretur.
Hæc patris abſentem Ionathan quia iuſſa latebant,
Quam manus una gerit mellitas mittit in undas,
Summa parte faui modo tingat nectare, uirgam,
Et guſtu reuocat uires, grataſq; palato
Delicias ciet, & languorem cedere ſentit.
Hæc ſimul auſa notat comitum unus talia fatur:
Regia nos hodie dura omnes lege poteſtas,
Antè dies quàm nocte cadat, dare membra quieti,
Aut reſouere cibo uetat, & tu regius hæres
Mente leui patriam culpæ autor deſpicis iram.
Huic iuuenis dedit hæc indignans dicta uiciſsim:
Hoc errore meum patrem quæ cura fatigat
Irrita? defeſsis erat utile reddere uires
Membris fomento, quod non fortuna negabat.
Quàm mihi ſint alacres oculi, quàm uiuida uirtus,
Exiguo poſtquam me foui melle, uidetis.
Quos ſibi tunc poſſent promittere noſtra triumphos
Agmina, ſi prædæ quæſitæ uulgus anhelas
Omne ſuas uſu pugna recreaſſet in ipſa?
Rem ſuaſit populo damnabilis error inanem.
Tota nulla die requies ſi bella ſequatur,
Et reuocare uetent data iuramenta uigorem,
Plaga minor domitos certamine conteret hoſtes.

Nam

Nam nimio uictrix dum gens languore laboret,
Vis minor armorum fugientes opprimet hoſtes.
Iam pugnæ nimio quia fracta labore ſatiſcit,
Ad prædas pariter gens ſe conuertit opimas.
Pars pecudes mactant, uilloſaq; tergora coſtis
Diripiunt, pars fruſtra ueru data figit, & igni
Torret, & humores crudos flammæ elicit æſtu.
Parſq; boum magnis carnes elixat ahenis,
Pars quas pene uorat crudas, hos urget edendi
Tantus amor, nec nunc conſueto more cruorem
Secernunt, non ferre moram ſcit tanta cupido,
Ore uorant coctas tepido cum ſanguine carnes.
Hæc aperit regi, melior quem cura gubernat,
Auſa, famem populo quòd fruſta cruenta leuarent,
Ad pœnam inuitant Rex hæc commiſſa Tonantem
Mœſtus ait, culpamq; modo quocunq; laborat
Admiſſam lenire, iubet ſaxum unde miniſtræ
Grande manu aduolui, & ſacris aptam extruit arã.
Inde armenta iubet cogi huc, lectaſq; bidentes,
Et mactare nouæ ſuper aræ mole recentes
Prædas, ſanguineas etiam ſecernere partes
Præcipit, & nullo uentura pericula damno
Spondet, idemq; Dei mandata requirere narrat.
In deſeſſa uigor redijt iam membra uirorum
Victu, ſeq; nouo firmauit robore uirtus,
Rex ſic alloquitur ſortitam præmia gentem

Laudum uictrici dextra, partoq; tropheo:
Nox ubi fuſca teget uaſtam caligine terram,
Excitet aduerſos nos impetus acer in hoſtes,
Et premat exitij dare terga timore coactos,
Donec opaca die nox orbem oriente relinquat.
Hæc ait, ore Deum poſcens reſponſa Prophetæ
Quid fieri iubeatue, uetetue, ſilentia ſignum
Iræ triſte notant, quam mouerit impia labes.
Militiæ cogi grauis agmina cauſa requirit,
Autoremq; Deo culpæ arma mouentis, & iram,
Indagare iuuat, meritaſq; expoſcere pœnas.
Quin ſi noxa ſuo mereatur perfida nato
Supplicium, ueniam ſeſe dare Rex negat ullo
Velle modo, quin morte luat pro crimine pœnas.
Tota monet coëat gens ocyus agmen in unum,
Cum nato ipſe locum populo ſpectante ſeorſim
Occupat, autorem quæ culpæ oracula prodant,
Sorte Deum poſcit, data natum ſigna fatentur
Illius eſſe reum, ſed nondum cauſa pateſcit,
Occulti erroris, quem deuouet ira Tonantis.
Auſa rogat genitor quæ deſignare uoluntas
Degener impulerit, quæ damnet, & improbet autor
Iuſticiæ Deus, & ſæua hæc contra hauriat iram.
Dat reſponſa patri Ionathas exterritus iræ
Ob leue conceptæ crimen feruore, miniſq; :
Non nego care pater me pœnam errore mereri,
Sed dat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Sed dare cui ueniam clementia patria debet.
Dum quà nectaream uehit amnis melleus undam
Noſtra uiam legerent per amœnas agmina ſyluas,
Et nimio paterer durum languore laborem:
Delibare ſitis me mellis anhela liquorem
Impulit aërij, quo miſcent ſtagna ſaporem.
Hoc leue crimen (ait) num dignum morte piari,
Et tua non gnato culpam pater ira remittet?
Quam miteſcendo ſine gratia patria uincat.
His noxæ iuuenis ueniam exorare laborat
Patrem, uerba ferunt quem uoce dediſſe uiciſsim:
Morte lues fili pœnam, quam culpa meretur
Non toleranda patri, uetuit qui robora uictu
Feſſa leuare prius, nigra nox quàm redderet umbras.
Me Deus, eueniat niſi, quam mea lingua minatur,
Pœna, reum ſtatuat commiſsi exopto furoris.
Condonare uetant me iuramenta nefandam
Labem, iuſticiæ quam poſcere regula pœnas
Exigit, omne nefas laudem punire meretur.
Has ſerit ore minas rigor hauſtæ turbidus iræ,
Et celerare parat meritas hoc nomine pœnas.
Sed fauor auertit iuueni has, & gratia uulgi
Iuſta ferentis opem, & Regem placare parantis.
Ore probant uno, non hæc delicta mereri
Supplicium, ductore Deo qui tale triumphi
Ediderit ſpecimen, patriæq; furore quietem

Belli reddiderit domito, optatamq; ſalutem.
Hoc (dixere) nefas pietas patrare moretur,
Vt, quo lapſa redit patrio auſpice gloria regno,
Paxq;, ſaluſq;, leui ſubeat pro crimine mortem.
Quàm uerè æterno Deus undiq; numine regnat
Vnus, & omnipotens, tàm certam mutua noſtræ
Linguæ uerba ſidem dant, hunc impunè parentis
Laturum eſſe minas nequicquam ardentis, & iram
Auxilio noſtro, nullo illum hæc cauſa capillo
Priuabit, meritis non eſt hæc debita merces,
Pro quibus autori ſerat æquam patria laudem,
Et reddat dignas cumulando præmia grates.
Decreto hæc Ionathæ redimunt à funere uitam,
Et motam Regi placant ſuffragia bilem,
Qui populi ſtudium miratur, opemq; tuendi
Gnatum uoce ſuum unanimi, ueniamq; paterno
Annuit ingenio, pœnæq; relinquit amorem.
Infeſtos etiam ceſſat turbare Philiſtas
Armorum inſultu, patriamq; reuiſere ſedem,
Deſertoſq; lares ſinit, & ſua regna potenti
Imperio munit, populoſq; domare rebelles
Vndiq; tentat, opem confert diuina poteſtas,
Illius auxilio Moabitas edomat hoſtes,
Atq; Amonitarum uictor ſibi ſubijcit omnem
Vim, furiaſq;, Deo potitur tutore triumphis.
Sic & Edomitas uirtute potente colonos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Triſte iugum imperij tolerare, minaſq; coëgit.
Nullaq; gens adeo, quam uis inimica mouebat,
Non decus amiſit patriæ hoc uictore ſalutis,
Tanta tuebatur latus omne potentia regni.
Nam quemcunq; uirûm inſignem uirtute probabat
Bellandi ſpecimen, caſtris iungebat amicis
Rex, illius opem dubijſq; parabat in armis.
Læta dabat magnas regno uictoria uires,
Inq; diem uirtus claræ creſcebat Iudæ,
Elcanides Regem compellans talia fatur
Verba Deo monitore: geri te præſide curas
Imperij tua fata uolunt, belliq; labores.
Quæ Deus ergo ſequi te nunc mandata requirat
Accipe, & hæc ſtudio, factiſq; æquare memento.
Cum Iudæa cohors fato ducente furorem
AEgypti uellet uitare, fugamq; pararet:
Indigenas mouiſſe ferunt Amalechidos oræ
Arma, uiamq; minis uetuiſſe, ſed irrita ſenſit
Hæc rabies autore Deo conamina belli,
Hunc abolere parat quam ui diuina poteſtas,
Teq; mouere iubet patrias in prælia uires,
Quantas tota poteſt præſtare potentia regni.
Funditus excindas ut gentem uictor, & urbes.
Vna uiros, & fœmineam uiolentia turbam
Obruat armorum, & ſtygias deturbet ad umbras.
Effœtoſq; ſenes, & quos ſua roborat ætas,

Exerce iuuenes & priua lumine uitæ.
Sic ætate graues ne tollere deſine ferro
Matronas, teneras genus aut imbelle puellas,
Quos & adhuc genitricis alunt riguo ubera dono
Lactis, ab amplexu materno interfice raptos
Infantes, nulli armorum uiolentia parcat.
Nec pecudum euadat pœnæ commune uagantis
Exitium omne genus, quæ bruta, uiroſq; fatiget.
Rex, quod iuſſa monent uatis, differre ueretur,
Et diuina refert populo mandata, nouoq;
Vim bello magnam peditumq;, equitumq; ciet dux,
Indagatq; uirûm cenſendo millia, quorum
Præſidio armat, & ad pugnã ocyus agmina munit.
Et ducenta, decemq; legit peditum agmine magno
Millia, & arma ciens Mauortia prouocat hoſtem.
Aggere cincta iacet, ualidi & munimine muri
Vrbs, Amalechæas quà tellus occupat oras.
Hâc ſua caſtra locat, uicinaq; ductor ad amnem,
Illam qui riguis regionem interluit undis,
Vnam ex inſidijs hâc inſtruit agmine turmam.
Ante tamen totis quam uiribus opprimat hoſtem,
Pacta, nouamq; facit cum gente Cinæide pacem.
Et promittit opem, quam mutua fœdera poſcant.
Namq; Cinæa, fugam cum gens Iudæa Tyranno
AEgypti graſſante dabat, quà fata ſinebant,
Auxilio ærumnas, opibuſq; potentia iuuit.

Hinc

Hinc ea pacta ferit, parcitq; Cinæidos oræ
Indigenis, pacem his quia mutua gratia debet.
Exin magnanimas armant in prælia uires
Cum duce militiæ bellis aſſueta iuuentus.
Acribus infeſtant pugnis Amalechida gentem,
Et genus omne uirûm ſuperant potioribus armis.
Omnis ubiq; cadit certamine copia uulgi.
It uelut unda cruor. fuſo hument ſanguine campi.
Tanta uiros ictu ferri uiolentia fundit.
Vni cœde manus uictrix non demit Agago
Vitam, cauſa Deo ſæuam quæ commouet iram.
Parcere uictorem nulli qui cœde uolebat.
Qui magis hoc etiam bilem haurit concitus auſo:
Quòd uetitas adfectet opes, armentaq; ferro
Non perimat captiua, uiros ceu ſuſtulit armis,
Exuuiasq; ſinat cœſorum auferre uirorum.
Gentem Ciſsides, cui nunc uictoria fato
Eueniat, ciet hæc leuitas temeraria pœnam.
Hinc Deus Elcaniden adfatur, & auſa proteruè
Improbo Regis ait, meq; anxia cura fatigat,
Quòd caput imperij uolui hunc, factumq; uoluntas
Hoc mutat diuerſa, nefas hoc pœna ſequetur,
Auſa quod impietas committere Regis inqui eſt.
Eſſe parum uiolare putat mea iuſſa ſequendo,
Quò rapit in uicium mores ſcelerata cupido.
Haud impunè feret talem ueſania labem.

Accipit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Accipit hæc uates, & corda pauore fatigat,
Sollicitatq; Deum prece, & orat uincat ut iram,
Et motu meliore minas, pœnamq; remittat,
Aut leuiore nefas admiſſum urgere uoluntas
Supplicio prece uicta paret, ſimul arma relinquat
Ira, modumq; minis pœnæ addere gratia cogat.
Orta recens aurora diem reuehebat eoo
Clarum inuecta polo, & remouebat luce tenebras:
Elcanides fato Carmelida Regis ad urbem
Conturbatus iter parat, eſt ubi fama morari
Illo Ciſsiden momento, & quale triumphos
Signum more decet belli, erexiſſe fatetur.
Iam greſſu uates ſeſe propiore ferebat,
Hunc notat obtutu Rex, & ſic obuius inquit:
ô dilecte Deo uates, quæ iuſſa dabat uox
Ore tuo diuina, uiros Amalechidos armis
Vt terræ indigenas abolerem uictor, & urbes,
Expedij, quo fata modo monſtrata uolebant.
Inquit ad hæc Samuel: mihi qui balatus ad aures
Voce uenit, quiue exercent mugitibus auras,
Concutiuntq; ſoni, fragor aëra quantus oberrat?
Nonne boum aure, gregũue notas hoc haurio ſigno?
Huic Rex, agnitio culpæ quem turbat edacis,
Dat reſponſa: daret mihi cum uictoria laudem,
Vitam captiuo donare coëgit Agago
Vni me pietas, alios abſorbuit omnes

Dira

Dira uorago necis, fuditq́; potentia belli.
At prædas etiam paucas ſeruare iubebat
Relligionis amor, caderent hæ uictima templis.
Cœtera uis armenta, gregeſq; potita triumphis
Orbauit uita, canibuſq; cadauera prædam
Liquit, opus pœnam non autumo tale mereri.
Hæc ubi dicta dedit, fandi ueniam orat, & edit
Hanc uocem Elcanides: quæ me tibi uerba repandat
Accipe uate Deus, iußit quæ talia fari:
Nonne tuam cum nulla domũ laus pene maneret,
Nomineq; obſcuro tibi auita lateret origo,
Tradita regnandi eſt tibi me duce ſumma poteſtas,
Teq; potens mea dextra tuos armauit in hoſtes.
Iuſſa quis ergo furor mea te uiolare coëgit?
Vt malles iuſſam non bello excindere gentem,
Quàm monitis parere meis, & funditus urbes
Eruere, ac pœnam meritos abolere colonos,
Et pecudes unà, nullamq; attingere prædam?
Hæc quia criminibus dementia laxat habenas,
Haud impunè furor tuus auſa nefanda ſequetur.
Excuſare parat Rex culpam talia fando:
Quin mea facta probant, me iuſſa Dei eſſe ſecutum
Qua ratione decet, qui capto uictor Agago
Donaui uitam, det ut æquas ſanguine pœnas
Te ſpectante, uiris alijs nec cœde peperci,
Fœmineoue choro, aut pecudum certamine uitæ,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Ni quòd opum partem, prædæq; frequentis abegit
Huc populus, duri ſpem, ſolamenq; laboris,
Et ſacer illarum ut pingues cruor imbuat aras.
Intonat huic Samuel contrarius ore Prophetes:
Nulla perinde capit diuinam uictima mentem,
Atq; ſequi mandata, dedit quæ lingua Tonantis.
Quam parêre, minus parit hoſtia cæſa fauorem.
Nam quàm dona Deus magis optat cordis amorem,
Vna Deo arridet ſinceræ gratia mentis.
Non minus ille nefas amat, eſt cui prona uoluntas
Irritare Deum, quàm qui magicã approbat artem,
Aut idola colit, ſtudio pietatis inani.
Impietas eſt digna premi ui uindice pœnæ,
Cedere nolle Deo, & uicijs laxare furorem,
Quæ quia te nœuo pariter Rex crimina fœdant,
Te diuina dato me priuat honore poteſtas
Indice, & imperij decus aufert, armaq; ſumit
Te contra, quia nil ueritus mandata furorem
Faſſus es, exitij qui ſurgit origo futuri.
Reſpuis autor enim pœnæ data iuſſa ferendæ,
Te Deus alterno ſtudio infeſtare laborat,
Quamq; fauore dedit, nunc detrahit oſor eandem
Imperij laudem, regni uimq; eripit omnem.
Succeſſore nouo te copia nulla manebit
Regnandi, mouet hanc tibi pœnã improuidus error.
Indicio exanimis triſti Rex talia fatur:

Pœnarum

Pœnarum ô uates mea corda pauore laborant.
Sero errata dolens ſtudio temeraria muto,
Me miſerum pœnæ me mens ſecura feſellit,
Talia rebar enim non culpam facta mereri,
Indulgere fuit leuitas huic auſa furori.
Et doleo commiſſa, Deum & prece ſupplice noxæ
Poſco graui ueniam, ſpondet quam ſæpe rogatus.
Et tu uota Deus facili cui mente ſerenat,
Orando fer opem faſſo mihi crimina morum:
Iratoq; Deo ne deſine flectere bilem,
Antè minas pœnæ ſua quàm clementia ponat.
Teq; iuuante mihi ueniæ ſpes grata redibit.
Huic ait Elcanides pro te mea uota requiris
Fruſtra, qui domini curam, cum uictor ouares,
Depoſuiſſe potes, nec iuſſa ſeuera tueri.
Hæc ait ire parans uates hinc rege relicto,
Quod ſimul ipſe notat, tunicæ laxam illius oram
Prendit, iterq; mora tardare laborat inani.
Nam ui dum uatem iam ſeſe auferre uolentem
Detinet, ora iubet tunicæ illum ſciſſa relinqui,
Qui celerare uiam, & ſic ultima uerba profari
Cœpit: opem fruſtra Rex & mea uota requiris
Pro te, quando nefas damnabile turpiter audes,
Non niſi ſupplicio quod debita pœna ſequetur.
Exuit imperio penes eſt quem ſumma poteſtas,
Te Deus, & faſces, ac ſceptra potentia regni,

Et dea

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Et decus omne uiro, cui cordi eſt inclyta uirtus.
Tradidit, huic tollent ſeſe aurea ſecula fato,
Semper & inuicto munita potentia regno.
Hæc immota manet ſententia, more uirorum,
Quos ſuus error agit, Deus haud mãdata retractat.
Dat quæ iuſſa ſemel nunquam uelut irrita mutat.
Haurit ut hæc maiore trahit mœrore dolorem
Rex, & opem uotis ſic uatem ardentibus orat:
Conſcia mens adigit mea me delicta fateri
ô uates, ueniamq; Dei prece poſcere mentem.
Vtq; refers, ira Deus implicabilis ardet,
Meq; parat meritas uindex expoſcere pœnas,
Tu precor ergo meam penitus ne deſere cauſam,
Adfer opem, retròq; refer ueſtigia mecum,
Et placare Deum communibus incipe uotis,
Vt uideant, annis quorum eſt uenerabilis ætas,
Et mihi laus uigeat, uiolat quam noxia labes,
Meq; ſequatur honos, mea tu dum uota iuuabis.
His paret precibus uates, greſſumq; reflectit,
Quo redeunte preces querulo Rex ore profundit
Ante Deum, & ueniæ cupidus mœrore laborat.
Lingua preces finit, qui corpore pinguet obeſo
In medium ecce trahi ui Regem mandat Agagum
Elcanides, ictu tremebundaq; corpora ferri
Diſſecat in partes & talia faturin auras:
Vt tuus orbauit mœſtas furor enſe parentes

Progenie,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Progenie, innocuos pueros ut ſuſtulit armis:
Sic tua prole graues genitrix coquet orba dolores;
Victa quibus ſtygias labetur uita ſub umbras.
Hæc ubi geßit iter, Ramathaida fecit ad urbem
Elcanides, Regem Gabaen redijſſe loquuntur,
Funeris ante diem cui non uiſum amplius aiunt
Vatem, mors adimit paruo huic pòſt tempore uitã
Qui doluiſſe uicem Cißidæ fertur, & acrem
Aßiduo mœrore gemens hauſiße dolorem.
Vnde Deus curas ſic faſſum obiurgat acerbas:
Quanta coquent uano ſtultum te tempora luctu,
Sollicitudo modum & quem plena dolore ſequetur;
Num ſine fine geres alieno turbida caſu
Corda, quòd imperij reiecto Saule poteſtas
Alterius, noua dent quem fata, regetur habenis;
Quam tamen ut faciã rem, cauſa probabilis urget?
Non niſi qui meruit peccando, poſcere pœnam
Iuſticiæ me norma ſinit. Quòd damno furorem
Saulis in errorem menti laxantis habenas,
Iuſta iubet ratio, decet angat pœna merentes.
Ergo dolore caue uetito tua corda fatiges,
Nî parère metu pœnæ fugiente recuſes.
Quòd ſi iuſſa ſequi ſtudio uelut ante laboras,
Diſce meo uates curanda negocia nutu.
Cornu olei aëreos habili mox conde liquores
Et Bethlhemiten Iſaida uiſe uiator

Me monitore, domus mihi cuius amica monarcham
Promet, ad imperij qui ſceptra gerenda uocatur.
Illius è natis ſors regem immota requirit,
Qui patriam imperio, rerumq; gubernet habenas.
Das quæ ſancta Deus me iuſſa capeſſere fas eſt
Elcanides inquit, taleſq; dat ore querelas:
Turbatum uereor pœnæ formidine Saulem,
Hæc qui comperiens mihi uitam uulnere demet.
Ergo uiam doceat, queat hæc qua tanta geri res
Indice uoce Deus monet, huic qui talia fatur:
E pecudum numero his uitulam elige ritibus aptã,
Vt ſimulare dolo ſit munia ſacra facultas,
Quæſituſq; uiæ cauſam, ſolenne paramus
Reſpondere queas, fas eſt quo more litamen.
Hac ratione geres rem, nullaq; damna ſubibis.
Et dum cæſa cadet ſolito tua uictima ritu,
His adiunge pium ceu teſtem rebus Ieſſen.
Quamq; uiam pandet mea uox audita ſequaris,
Indice me diſces alium quem deſtino regem.
Iuſſa ſequens uates Bethlemida pergit ad urbem,
Excipiturq; ſenum plauſu, cauſamq; rogatur
Aduentus, & utrum comitem trahat aduena pacem
An uerò ueniat clades aperire futuras
Ob commiſſa, Deo quibus iram mouerit error
Indomiti uulgi, aut quæ publica noxa ſequatur.

Ipſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Ipſe ſacras adſum res dixit honore Prophetes
Sollenni cumulare, Deus quo gaudet, ad aras.
Vos ergo mecum celebrare decentibus hortor
Moribus hanc lucem, debet quæ ſancta uocari.
Hoſtia grata Deo qua uitam linquat ad aram.
Hæc ait Elcanides, canumq; inuitat Ieſſen,
Cum Natis, celebrent ſolennia munia ſecum.
Qui ſimul auguſtam nutu intrant uatis ut ædem,
Eliaben oculis notat unà, ac mente Prophetes
Lætus Ieſſæum, regemq; hunc eſſe futurum
Ordine diuino putat, at Deus irrita mentem
Cura fatigat ait, ne formæ reſpice dotes,
Aut iuuenile decus, proceraue membra uenuſti
Corporis, imperio non hunc ego deſtino regem.
Qui non more uirûm membrorum ſpecto decorem,
Quos externa iuuat ſpecies, & fallit imago
Rerum, ſæpe ciet quæ ſenſibus obuia fraudem.
Non me forma iuuat, ſed pectoris unica uirtus,
Mentis ut eſt habitus, mortales iudico cenſor.
Has diuina ſonant uoces tunc ora, Prophetes
Aminadabiden iuuenem iubet ergo uocari
In medium, & Saman, alioſq; huc ordine fratres,
Et patri orſus ait: nulli horum regia fato
Maieſtas tribuenda uenit, rerumq; poteſtas.
Hinc gnatos alios, ſi ſint, pater aduocet orat.
Ille refert natu minimum munire tuendo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Septa, gregeſq; premat ne uis inimica luporum.
Aut miſeras tentet nullo prohibente rapinas.
Hunc iubet ergo uocēt pede nō remorāte Prophetes.
Sic loca iuſſa puer cum contigit, aurea pulcro
E uultu quaſi forma micat, lactatq; uidentum
Et mentes, oculoſq;, decus dat tanta uenuſtas.
Omina mentis habet generoſæ gratia formæ,
Et teſtatur idem ſpecioſa modeſtia morum.
Spectat ut hunc uates, cœlo demiſſa ſub aures
Vox hunc unge ſonat, huic annuo Regis honorem.
Elcanides parat ergo ſenex, quæ fata requirunt,
Inq; comas olei unà effundens uaſe liquorem
Vngit, & auguſtos regni decernit honores,
Et ſpectante creat puerum genitore monarcham,
Et fratrum mirante, uelint quid facta, caterua.
Hæc ubi cœleſti ſunt geſta negocia nutu,
Spiritus æthereo puerum delapſus olympo
Armat Ießiden uirtute, facitq; potentem,
Ardentiq; regit pietatis amore magiſter,
At Saulem ſtygio uexatum deſerit œſtro
Quo fugiente ſubit furor imo concitus orco,
Quo uexat rabies agitatam exercita mentem.
Has cum turba pati furias Regem aulica ſenſit
Mœrorem ſuaſit citharæ clangore leuari.
Et tentare fides plectro ludente ſonoras
Edoctum inquiri iuuenem mercede iubebant.

Qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Qui, quoties Saulem uiolenta fatiget Erinnys,
Arte melos citharæ regales ludat ad aures,
Mulceat ut mœſtos modulamine ſuaue dolores.
Docta graues cantu ſolatur Muſica curas.
Iam quia fama refert puerum hanc callere Dauidem
Artem, cui genitor ſit Bethlemita ſuperſtes.
Qui dotes animi referat, laudemq; ſequatur
Egregijs factis, & pulcræ nobile formæ
Nomen, & ampla piæ decoret quem gloria uitæ,
Reſq; ſagax magnas induſtria lege gerendi
Conueniente, quibuſq; regit ſua prælia Mauors.
Addunt hoc etiam: puerum cœleſte tueri
Auxilium, & ualidas huic undiq; promere uires,
Ille gerat quoties commiſſa negocia rerum.
Sollicitat ſuaſu turbæ Rex ergo miniſtræ
Et canis, & honore grauem pietatis Ieſſen
Miſsi uoce uiri, gnatum patiatur in aulam
Luce uenire ſuum hac, citharæ qui calleat artem.
Et paſtoris oues cuſtos qui more ſequatur,
Dulce chely ſpecimen coràm citharœdus ut edat.
Regia quam poſcunt rem nuncia, ſpondet Ieſſes,
Et donis onerat Cerealibus autor aſellum
Muneris egregij, uiniq; liquore capacem
Vtrem implet, regi quæ ſingula mittit, & hœdum
Cum puero, hæc lætæ ueniens qui tradidit aulæ,
Qua gratante nouā quaſi ſortem, & ſortis honorē

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Auguſtæ, (huic pariat Regis quæ fauſta fauorem.)
Excipitur, carum ſeq; omnibus aduena ſentit.
Et quia forma decus placido auget amabile uultu,
Ingenuamq; decor morum indicat indole mentem.
Armiger eligitur conſenſu regius aulæ,
Et quoties rabie ſua Regem exercet Erinnys,
Mordacem citharæ curam leuat arte magiſter.
Et ſtygium tentat cantu mulcere furorem.
Carior unde manet Regi illo nemo uirorum,
Muſa Deo magnam laudem famulata meretur.
Bella nouo tentant inimica furore Philiſtæ
Et ſua caſtra locant ſunt quà Sochotidos urbis
Mœnia, & inſignem bello quà murus Accam
Cingit, & aëreæ tollunt faſtigia turres.
Detegit hoſtilem Ciſsidæ fama furorem,
Et uiolenta refert ad pugnas arma parari.
Vnde metu pariter ſua colligit agmina ductor.
Et cogit turmas, hoſtemq; expectat in armis,
Cum ſocio & Terebinthiacæ loca milite uallis
Occupat, ad pugnam ſcutatas armat & alas.
Monte ſuper celſo ſtant è regione Philiſtæ,
Et Martem accendunt potiendi ardore triumphis.
Vallis utramq; loco modo ſeperat alta phalangem.
Iam conferre manus erat acris utrinq; cupido:
Emicat è medio grandi alti mole Philiſtes
Arduus ecce gigas, ferrumq;, neceſq; minatur,
Fama

Fama nothum quem nota uirum, patriaq́; Githiden
Infami genitore uirum, pingitq; Tyrannum.
Vertice qui cubitos ſex, ac palmum arduus alto
Equat, & immanem circundat ahenea frontem
Cui galea, & uaſtos humeros lorica tuetur
Inuia uulneribus, pondo quam quinq; loquuntur
Millia ſiclorum æquauiſſe, fidemq; meretur
Fama, Dei nobis quam ueram oracula tradunt.
Nec non oſſa pedum rigido tegit ærea ferro
Ocrea, ne penetret Mauortius impetus ictu.
Armaq; ne qua recens moturo prælia deſint,
Haſtam dextra gerit ualidam, & ſe munit aheno
In noua bella gigas clypeo, uel quale uidemus
Lignum cui manus agglomerat tunc licia textrix.
Telam quando parat: uel tale fuiſſe putatur
Hoc haſtile, feri quo dextra cruenta Cyclopis
Arma minabatur, pars illius ænea ſiclos
Tercentum æquabat, tanti inſtar ponderis haſtam
Armigero comitante gerit, cædemq; minatur,
Quiſquis erit, ſecum dextram qui conſerat hoſtis.
Et ſic uaſta gigas faſtu ſua iactat inani
Robora: ſi qua manet præſenti pectore uirtus,
Et timor arma ſinit mecum conferre pericli,
Sorte uirûm cunctis è millibus elige belli
Ductor, ut ad pugnæ mecum deſcendat arenam
Conditione, damus iuſto quam fœdere talem:

Hunc ſi fata uolent uictorem, ſorſq; triumphi
Eueniet cœſo me ſorte potentibus armis:
Nos premet imperio ſubiectos ueſtra poteſtas,
Et quocunq; uolet, uexabit libera caſu.
Sin uero exuuias leto ille, animamq; relinquet
Me uictore labor uos idem hac lege ſequetur,
Et dabitis domitas nobis in uincula dextras,
Veſtraq; erit noſtro ſubiecta potentia regno.
Si lex illa placet, placet hæc ſi forma duelli:
Prodeat, arma negat cui non exterrita uirtus.
Et mea dextra dabit ſpecimen, quid poſsit in armis.
Has tremit omne minas pauido cum rege uirorum
Agmen, & exangues ſtupor anxius occupat artus.
Tres genuiſſe ferunt Gnatos Ephrathæon Ieſſen
Egregios bello iuuenes, Saulæa ſecutos
Caſtra, minas uomeret diro cum guttere Cyclops.
Hæc primum Mauors cum bella moueret, et hoſtes,
Non prohibente ferunt puerum repetiſſe Dauidem
Rege lares patrios, erat huic quòd inutile bello
Robur, opus paſtoris ubi uelut antè miniſtrat.
Quem ſic compellat uox tempore patria quodam:
Fratres gnate ſequi duce rege pericula belli
Res tibi nota, uiam peregrinas ergo ſub oras
Carpe, morantur ubi, & Cerealia dona uiator,
Lacteaq; adfer, & illa uiro da munera, pugnas
Quo ductore gerunt, & quæ fortuna ſequatur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Prælia diſce, ſalus ſit & utrum optata ſuperſtes.
Iam propiora loco ueſtigia lenta legebat,
Cernit utrinq; duces aciem uolitare per ipſam,
Et ſocias ad Martis opus glomerare cateruas.
Vaſa loco ponit, quæ portat, onuſq; relinquit
Dona, pater quæ ferre, manent quà caſtra, iubebat.
Publicus aſſeruat ſibi credita munera cuſtos.
In medio uolucer dum quærit in agmine fratres,
Diſcurſatq; puer: ſolito ſua iactat in armis
Robora more gigas, & quemuis prouocat hoſtem,
Et uomit ore minas, uerborum & fulmina ſpargit.
Hæc puero auſa mouent imbelli robur, & iram,
Quæ quàm ferre, necem mauult tolerare ſub armis.
Mens generoſa metu, aut diſcrimine neſcia frangi
Inuictas haurit diuino exercita motu
Vires, freta Deo & temnit tutore furorem.
Hinc ubi fata puer fratrum inquiſiuit, & ipſos
Comperit incolumes, didicitq; futura triumpho
Præmia, uictori quæ Rex inſignia ponat.
(Nam cum dote ſuam promittat diuite Natam,
Immunemq; domum, maneantq; hæc dona nepotes,
Poſteritas quamuis uictorem longa ſequatur.)
Ne cui terror ait frangat formidine mentem,
Siue minæ, ingeminat quas dempto fine Philiſtes,
Hoc caput obijciam patriæ pro laudibus ultor,
Et ductore Deo pacem uictoria reddet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Accipit Eliabes hæc cum detecta loquacis
Famæ germani pueri rumore Dauidis
Auſa, parat corám hac temeraria uoce morari?
Quæ te cauſa puer leuitatis amator adegit,
Vt raras deſertor oues, quarum errat eremo
Grex, prædam eſſe lupis ſineres, & caſtra uideres?
Demens aſſuetos ſequitur petulantia mores.
Eſt mihi nota tuæ ueſania noxia uitæ,
Qua nimis audentem furor in diſcrimina uerſat.
Te mala magna ſemel damno ſapuiſſe docebunt,
Vincere qui temere quæcunq; pericula ſerues.
Inuito te patre uiam huc nota uera fatetur
Moliri, aſpiceres ut ludicra mutua Martis.
Conſcia cui recti mens eſt, & criminis huius
Inſons, uoce nefas obiectum hac turpe refellit,
Confutatq; puer: non has genitore ſub oras
Inuito uenio, pugnæ ſpectator ut adſim.
Iuſſa paterna ſequor, tua nec nunc iurgia curo.
Auſpice bella Deo puer auſim aduerſa duello
Moliri, uires audenti fata miniſtrant.
Robur inerme licet mihi ſit, nec idonea bello
AEtas, nulla tamen pugnas formido moretur.
Mens cum freta Deo mortalia credidit armis
Corpora, ſolatur uictoria parta laborem.
Hanc pueri Regi uirtutem fama reuelat,
Commendatq; decus generoſæ nobile mentis.

Rex

Rex pauet auſa, latent ſortis quem fata futuræ.
Vnde loqui coram puero mox talia cœpit:
Robore maior opus belli fiducia ſuadet
Ô puer, ut paueant alij formidine mortis,
Et pallore metum fateantur, & arma ſtupeſcant
Contrà ferre uides, opponere uiribus audet
Seſe nemo uirûm, mea tot qui caſtra ſequuntur.
Non æquare uales tantas certamine uires,
Vaſtum cœde paras tyro qui mactare gigantem.
Dicta puer, uirtus acuit quem robore, reddit
Talia Cißidæ: Rex te, ſocioſq; fatigat
Horror inanis, opem cœptis diuina poteſtas
Annuit audenti patriæ pro laude, ſociſq;
Arma mouere, minis ſeſeq; opponere belli,
Vos optata ſalus me pugnæ autore ſequetur.
Me uictore gigas graſſari deſinet armis,
Et leto uitam ſpolium, mihiq; arma relinquet,
Exuuiaſq;, duces ſedeant, ſpectentq; togati.
Antè pari armauit mea me quoq; robore uirtus,
Et nihil hoc caſu leuiora pericula uicit.
Cum cuſtos aliquando greges, ac ſepta tuebar,
Vrſa, leoq; fame rabiem ſtimulante rapinas
Tentabant, & ui prædam adfectare parabant.
His puer oppoſui mea robora fortiter auſis,
Victor utramq; feram domuiq; micantibus armis.
Hæc quo ſoſpes ego adſertore pericula uici,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Me Deus hoc etiam teget in diſcrimine belli,
Et graſſante dabit graue robur, & arma Tyranno.
Hac qui luce dabit funeſtas ſanguine pœnas,
Exuuiaſq; feram uictor, potiarq; triumpho.
Voſq; decus palmæ mecum laudabile tanget,
Hoſte trucidato pariet uictoria pacem.
Namq; gigante fugã domito uaga caſtra capeſſent.
Noſq; manu fractos hoſtes pugnace ſequemur.
Et mactare uiros non impetus antè quieſcet,
Quam nox æthereas uehat umbrã ſparſa per auras.
Talia conanti ſua Rex aptanda tuendis
Arma dedit membris, chlamydẽ & regale miniſtrat
Velamen, galeam frons nuda capeßit ahenam
Munimen capitis, loricaq; ſquamea circum
Membra datur. Tyro fulmineũ ſimul accipit enſem,
Atq; aptat lateri, lumbos quà fibula mordet.
Iam cataphractus adeſt, totuſq; coruſcat in armis,
Inceſſu tentare iuuat, quid robora poßint,
Nequicquam, arma uiris modo idonea debilis ætas
Reſpuit, & graue neſcit onus tolerare Tyronis.
Eſſe Deum uires confidit, & arma daturum,
Mota quibus uictor ſedare pericula poßit.
Hinc leues ſilices fundæ eligit arte magiſter,
Quos huic apta rei non paucos pera recondit.
Iam quia lingua minas geminat ſcelerata Tyranni.
Diraq; trux uacuas conuicia ſpargit in auras.

Dum

Dũ tonat ore gigas pede non remoràte propinquat,
Et ciet arma puer, cui ſic ducente dolorem
Inſultat riſu, ſequitur quem pœna, Philiſtes:
Cur mactare pedo me ſurgit inepte cupido,
Eſſe canem me rêre miſer, quem fuſte trucides?
Qualia cum cuſtos armenta, gregeſq; gubernas,
Arma manu uibras, exercent quando lupi uim,
Talibus inſultas tyro, Pygmæuſq; giganti?
Verum age ſi qua mouet uanas audacia uires,
Da ſpecimen pugnæ, & dubios molire triumphos,
Teq; dies hodierna, geras quæ bella, docebit.
Quòd ſi ſperat opem tua mens à numine cœli,
Et me cœlicolæ curant, & uiribus armant,
Efficiam poſthac te ne temerarius ardor
Imbellem moueat, certamen inermis ut auſis
Turpe ciere, parem cui te non eſſe fatemur.
Quæ mactare uetant te quæſo pericula ferro,
Qui puer inſultas, par eſt cui nemo uirorum?
Exiguo eripiam uictor tibi robore uitam,
Exuuiaſq;, dabis fuſo mihi ſanguine pœnas.
Iammaneſq; feræ, atq; obſcœnæ exangue uolucres
Corpus ut ore tuum lacerent, rabiemq; ſerenent,
Aſpiciam, illa tuam uerſant diſcrimina uitam.
Hanc ego polliceor mihi fidens robore palmam.
Te prædam leto uictrix mea dextra relinquet.
Talia iactantem furiaſq;, minaſq; uomentem

His

His puer alloquitur, tu robur, & arma minaris,
Et clypeo munitus ades, teq; haſta gigantem
Munit, & ad pugnam uires natura miniſtrat,
At me freta Deo, cui te furor arguit hoſtem,
Et qui præſidio dilectam munit Iudam,
Mens armare poteſt, ne me formido fatiget.
Hoc ductore decus pariet mea dextra triumphi,
Teq; neci uiolenta dabit, ferroq; reuellet
A ceruice caput. Socios etiam obruet armis
Vis eadem, prædamq; feris cumulabit opimam,
Alituumq; gregi laceranda cadauera linquet,
Vt lactent auidas humano uiſcere fauces.
Diſcat ut exemplo gens totum ſparſa perorbem,
Eſſe Deum, omnipotens qui uindicet autor Iudam,
Qui non armorum ui pugnet, & agmina curet,
Quiq; ſuo nutu belli moderetur habenas,
Et ſine præſidio pugnantes ſæpe triumphis
Ornet, & in medijs imbelles liberet armis,
Hoc duce nos hodie uictoria læta ſequetur,
Voſq; manus adigent in ſumma pericula noſtræ,
Exuuiaſq; ferent, fuſoq; cruore madeſcent.
Hæc ait, & notam iaculandi conſulit artem,
Terq;, quaterue manu Balearem torquet habenam,
Et qua nuda patet tunc frons, & ahena fatiſcit
Caßis, & eſt uia uulneribus, tyro dirigit ictum
Huc, uiolenta ſcopo nec aberrant tela petito,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Torta giganteam penetrant quæ uulnere frontem,
Sic fato ducente parit uictoris honorem,
Et domat æquantem prope turres mole Gethiden,
Ipſe puer, nec adhuc rigidis ſat idoneus armis.
Corruit in faciem, ceu quondam maxima pinus,
Vis quam uellit humo uenti, cum turbine ſæuit,
Singultatq; gigas uitam, & uomit ore cruorem.
At tyro uictor ouat, fuſoq; cruore Gethidæ
Eripit exuuias, & cum non arma ſuperſint
Propria, fulmineum uagina liberat enſem
Hoſtilem, & ſuperat proſtratum cœde gigantem,
Et caput à trunco ſecta ceruice reuellit
Sanguineum, colli unde cruor ſcatet undiq; cannis,
Et uigor it uacuas uitæ attenuatus in auras.
Exitus hic, nimio hæc fortuna pauore Philiſtas
Occupat, & uires adimit, patriæq; ſalutem
Deſperare iubet, nullamq; mouere uiciſsim
Pugnam, ſed quam fata fugam non dura morentur,
Certatim tentare parant, uitamq; tueri
Dando terga, uiam ſors hæc quacunq; repandat.
Victores acuit uirtus accenſa triumpho,
Et uires, ut bella gerant inuicta, miniſtrat,
Quos fuga præcipitat uitæq; amor anxius hoſtes,
Infeſtant clamore uiros, & cœde trucidant,
Nec mactare prius pulſatos deſinit armis
Impetus, inſequitur quo gens Iudæa Philiſtas.

Obula

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Obuia quàm uallis fugientes excipit alas,
Quámq; fugam dantes attingunt Accaron urbem.
Quos ubi cœde manus uictrix exercuit, & ſe
Mactando ſaturauit ubi captiua uirorum
Corpora, & exuuijs prædam cumulauit opimam,
Iſaides Solymam petit haud inglorius urbem,
Et caput huc fuſi fatali cœde gigantis
Viſu immane puer, partiq; inſigne trophæi
Portat, at arma, quibus tyro ſudit, & exuit hoſtē
Hoc geſtæ monumenta rei certamine ponit.
Hoc pueri memorant Saulem ſtupuiſſe triumpho
(Talibus auſpicijs quòd fata ſubeſſe uideret)
Et quæſiſſe decus traheret quo ſtemmatis ortu.
Abner ubi ergo domum patriā indice comperit ipſo
Dux, Bethlemiten genitorem huic fama fatetur,
Dixit is, Iſaidem, hoc eſſet cum ſcire cupido
Regi, ſuſpitio iam tum quem mota coquebat:
Diuino puerum moliri talia nutu,
Vt ſe reiecto regni ſuccedat habenis.
Accidit, Iſaides ut ſtemma rogatus auitæ
Stirpis, & autores, adoleſcens ore frequentes
Mutaret uoces cum Rege, domumq; referret.
Regius hoc iuuenis Ionathas ſimul auribus haurit
Colloquiū, unanimi hunc ſibi fœdere iungit amicū.
Occupat una duas mentes candore uoluntas,
Mutuus alterno fauor æſtu lactat amorem,

Velle

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Velle duobus idem, nec idem non nolle duobus.
His quàm cara ſalus eſt, uitaq; propria curæ,
Alter it alterius tàm dulce leuamen amici.
Præbet amiciciæ ſimul hæc occaſio uires:
Rex quia uirtutem miratur, & omnia ſecum
Cogitat, Iſaiden patrios repetiſſe penates
Haud ſinit, & puerum turbam inter detinet aulæ,
Diſcat ut euentus alios, ſortemq; futuram.
Sic cum crebra duos animis commercia iungant,
Mutua non paruas iuuenum haurit gratia uires.
Hinc tunicam, uſa fuit forſan qua regia proles,
Pignus amicicæ Saulides dulce miniſtrat.
Præterea chlamydē dat et arcū habilemq; pharetrā.
Et nitidum, nulli quem dono poſthabet, enſem.
Iam puer Iſaides ad res quaſcunq; gerendas
Miſſus obit uigili curanda negocia felix
Mente, ſagax quæ conſilium, uireſq; miniſtrat.
His parit aßiduè ſtudijs induſtria laudem,
Hæc ob dona, quibus decus exhibet inclyta uirtus,
Militiæ manet hunc ductores cura regendi
Nutu Regis, obit quam non inglorius artem.
Vnde fauor procerum, uulgiq; hunc laudibus ornat.
Porrò cum domito Solymæa gigante ſubiret
Mœnia uictor, eunt huic obuia turba frequenti
Fœmineo ſtipata choro, de more triumphos
Gratantum, patrias rumore coacta per urbes,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Et ſtudio Regis quem fama uenire uagatur.
Hæc cantu certant, & tympana rauca fatigant,
AEreaq; arguto reſonantia ſiſtra tumultu,
Vndiq; læticiæ plauſu leuis aura reſultat.
Talia cantantum ſimul edit lingua ſub auras
Verba: uiros domuit uictor Saul mille ſub armis,
Exuuiaſq; tulit ſpolioq; potitus opimo eſt,
At uirtute tyro pollens, fatiſq; ſecundis
Vtens, mille uiros decies ui ſuſtulit hoſtes.
Hæc nimio Saulem motu uox armat ad iram,
Sæui laus odij flammas aliena miniſtrat.
Haud mea me (dixit) deludit opinio Regem,
Me pulſo Iſaiden regandi ſumma poteſtas,
Imperijq; manet, ſic fata ſiniſtra uolutant.
Ex hoc ſæua trahit uires, odiumq; Tyrannis,
Et tetrico accenſi uultu dat ſigna furoris.
Poſtera lux phœbi radio noua ſparſerat orbem,
Exercet Regem ſtygio furor excitus æſtro,
Inq; domus medio ſedet, atq; oracula uatum
Rex de more canit, res diuinatq; futuras.
Iam citharæ chordas quia plectro carpit eburno
Iſaides: (cui nulla dies lapſis abit horis,
Quin chelyn argutam uexato rege fatiget)
Ludentem fidibus Rex ſæuam paſſus Erinnyn,
Traijcere ictu ardet, quam comminus arripit, haſtæ,
Aſtantemq; parat configere cuſpide muro.
At puer

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

At puer elapſo diram bis corpore cœdem
Vitat, opem ipſa fugæ præſtat diuina poteſtas.
Hinc concuſſa ſtupet Saulæa pauore Tyrannis,
Quòd Deus huic faueat, ſe ſors inimica fatiget.
Amouet unde metu Rex illum, ac mille uirorum,
Vt regat arma, ducem creat, atq; odio acrius urit.
Mente ſagace gerit qui iuſſa negocia belli,
Reſq; Deo felix autore gubernat agendas.
Sors auguſta iuuat uires, ac uota ſerenat.
Acrius hæc Regem pueri fortuna Dauidis
Turbat, & inuidiæ ſtimulis accendit in iram.
Inuidet huic fato conceſſos liuor honores,
Nobilitas morum, generoſæq; indole mentis
Inclyta dona decus uirtutis amabile produnt,
Eſſe Deoq; probant uitam illius, actaq; curæ.
Hæc odio uires, alimentaq; cauſa miniſtrat,
Quo ſtimulante furor technã meditatur & artem,
Qua quod aperta nequit, uis eſt molita Tyrannis.
Vtq; dolo inſidias tegat, & uim fraude latenti
Rex iuueni intentet, uitamq; pericula demant:
Huic Meroben pacto Natam ſociare iugali
Dote decente parat, ſed legem fœderis addit:
Si non arma truces contra pro laude Philiſtas,
Exigat hoc quoties patriæ ora, mouere recuſet.
Sic ſe diuerſos dum uiribus armet in hoſtes,
Et paret ancipitis ſuperare pericula belli,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Poſſe perire putat, nec declinare ruinam.
Sed negat inſidijs uires diuina poteſtas,
Et caret effectu dolus, & deluſa Tyrannis,
Qui Natam hac perhibent nuptam ratione daturum
Regem, dat iuuenis procus hæc reſponſa miniſtris:
Quæ mihi ſama domus patriæ ullum uulgat honorẽ,
Quæ mihi diuitias opulenta miniſtrat egeno
Copia, quæue decus ſpondet regale poteſtas,
Qui uirtutis honos, quæ gloria rebus auitis,
Vt mihi iuncta toro ſit regia nupta marito?
Rettulit has Regi, quam miſerat, aulica uoces
Turba, pari iubet hic ſermone, doloq; Dauidem
Sollicitare, parant iußi mandata miniſtri,
Dißimulantq; dolos, & coràm talia ſantur:
ô iuuenis præſtans animis, ac gloria belli,
Optas ſi regem ſocerum, dotemq; ſuperbam,
Et decus æquantem formæ laudabile nuptam,
Non Rex ſpectat opes, aut nomina ſtirpis auitæ,
Aut monumenta, decuſue domus ignobile curat.
Sola Philiſteæ centum præputia dotem
Expetit, hanc angant ut ſæua pericula gentem.
His, quam fata uetant, mortem intentare laborat
Inſidijs, periura quibus promiſſa merentur
Fraude latente fidem, non nunc detrectat honorem
Oblatum Iſaides, nec quæ promiſſa ſequatur,
Legem, pacta ſubit procus æqua iugalia tœdæ.

Tempo-

Tempora parua fluunt curſum properantibus horis,
Se qui bella gerunt duce conuocat ære tubarum,
Educitq; uiros, quà gens inimica moratur.
Viribus infeſtos & prouocat acribus hoſtes,
Ducentoſq; manu mactat pugnace Philiſtas,
Et ſpolia horum optata redux præputia Regi
Adfert, datq; uelut promiſſi fœderis arram,
Regia uirgo datur quo facto lege iugali.
Talibus auſpicijs Rex colligit arma tueri
Hunc diuina, necemq; Dei illum euadere nutu.
Vnde timore fouet mœſtos grauiore dolores,
Et furias haurit maiores, & coquit iram.
At generoſa magis uirtus exercet & armat
Iſaiden iuuenem, cumulatq; frequenter honores.
Nulla quies odij Regem excipit, incitat æſtu
Se maiore furor, nilq; ira relinquit inauſum.
Conuocat ore ſuos, urgetq; minace miniſtros,
Et Ionathan Natum, tentent abolere Dauidem
Cœde, modoue doli quocunq; queat uis.
Quòd ſi cui non ſit monitis parere uoluntas,
Huic furor exitium lacrimabile cœde minatur.
Iam Ionathas fido qui diligit igne Dauidem,
Quam fœdare manus nece, uitam perdere maũlt.
Inſidias aperit, rabiemq; reuelat amico,
Qua uexata furit cœdem medita Tyrannis.
Conſilioq; fugam iuuat, & ſurgente latebras

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Luce petat ſuadet, quas rura propinqua miniſtret.
Datq; fidem ſe patre nouæ comitante ſub horas
Auroræ greſſu cœcis propiore cauernis
Rus peragraturum, patris omnia uerba notando
Quæ dabit ore furor, cum mentio facta Dauidis,
Huic iram extimulet, melior niſi cœdis amorem
Mutet, & inuidiæ frenet ſententia uires.
Hac pietas uitam ſincera tuetur amico
Saulidæ ratione grauem hac qui mitigat iram,
Voce patris: dilecte parens precor accipe gnati
Vota tui, & ueniam clemens ſimul annue fandi:
Si qua mihi iratum te patria gratia flectit,
Iſaidæ, pœnas cui crimina nulla merentur,
Parce precor iuueni, & motas pius obrue flammas
Iræ, odijq;, mouet tibi nulla probabilis iram
Cauſa, dolo nullo, ui nulla dextra Dauidis
Lædit Ießidæ te, nec te prouocat hoſtis.
Quin leuat imperij molem, duroſq; labores,
Viq; tuos tecum uictrici concutit hoſtes.
Nuper ut immanem domuit uirtute Philiſten,
Adſeruitq; Deo patriæ tutore ſalutem,
Hoc autore decus uiget, imperijq; poteſtas.
Arte leuat triſtes huius tibi Muſica curas,
Nec non plura tuo ueniunt hinc commoda regno.
Sterneret ingenti ſæuum cum mole Gethiden
Ipſum læticiæ memini tunc ſigna ſereno

Edere te uultu, curaſq; leuaſſe priores.
Cur nunc ergo paras demittere cœde ſub umbras,
Qui tua regna iuuat, pro te qui fundere uitam
Non renuit, ſi quando ſalus tua, lauſq; requirat?
His gnati precibus Rex cedit, & exuit iram,
Datq; fidem ore Deum teſtante, pericla Dauidi
Nulla futura, metu iubet omni liber opacis
Exeat in lucem, lateat ſi forte, cauernis.
Sedatos animi motus hæc ſigna loquuntur
Regis, & exhauſtis decoctam uiribus iram.
Vicino Ionathas ergo qui delitet antro,
Euocat Iſaiden, reſponſaq; læta parentis
Placati pandit, curaſq; ſerenat amico
Ore, iubens pulſo melius ſperare periclo.
Inde metu poſito regalia tecta petiuit,
Vt uelut antè uigil conſueto munus obiret
More, ſuoſq; pio ſtudio tueatur honores.
At noua bella furor ſæuos repaarre Philiſtas.
Autoreſq; ſuos læſura cupido coëgit.
Obuia caſtra quibus ſua nomine clarus, & armis
Ducit Iſſides, armiſq; potentibus edit
Immenſam ſtragem profligans fortiter hoſtes.
Forte laborabat ſtygij Rex dæmonis œſtro,
Et rabiem patiens turbata mente dolebat
Dextra haſtile tenens, curis ſua pectora rodens,
Et tecti in medio creſcente furore ſedebat,

 Pulſantem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Pulſantem citharæ chordas ſolita arte canoras
Infeſtare parat ferri mucrone Dauidem,
Quam manus una tenet uiolento conijcit haſtam
Robore, & inuiſam cupit huic extinguere uitam.
At uim fata uetant, allapſaq; cornus aberrat,
Haurit & obſtantem penetranti cuſpide murum.
Et furit hæc rabies nequicquam, uimq; minatur.
Nam tutore Deo ſeſe eripit ictibus haſtæ
Incolumem Iſaides, & nocte ciente tenebras,
Quà fuga ducit, iter molitur & exul oberrat.
Hoc deriſa trahit uires errore Tyrannis,
Inſidiaſq; parat uario conamine paßim.
Eſt quà fama fugam moliri nocte Dauidem,
Seruorum crudele ſtatim uolat agmen ab ipſo
Miſſum Rege, neces inſtructumq; edere ferro,
Eius ut obſideant nocturno tecta tumultu.
Coniuge ſed caſus metuendos indice diſcit
Iſaides, aperit dulci quæ fida marito
Inſidias, & eum crudelibus eripit armis.
Demiſſum longo per apertam fune feneſtram,
Liberat à ſæuo generoſa furore uirago,
Quàm patri plus fida uiro, cui poſthabet illum.
Vita necem euadit ſic coniugis arte mariti,
Qui loca tuta petit, nec regnat ubi ulla Tyrannis.
At coniunx ſtatuam lecto mentita maritum
Collocat, ille ſolet quo ſe componere ſomno.

Arte ſagace dolos ſpecimen pietatis & aſtu
Celat, ad idoli caput hirto tempora pellem
Crine locat capræ, atq; humano uelut amictu
Effigiem, ſimulatq; uirum decumbere morbo.
Hac tegit arte dolos, hæc miſſam techna cateruam
Fallit, ut adſectum morbo deluſa Dauidem
Credat, & hæc Regi gnatæ reſponſa reportet.
AEgrotare refert generum, & durare ſalutem
Vitæ poſſe negat, niſi morbi cauſa quieſcat.
Credidit hæc turbæ, Rex ſed nondum exuit iram,
Creſcit ut igne focus, furit aut fax hauſit ut auram,
Sic odij flammas coquit, ardeſcitq; cupido
Mactandi Iſaiden armiſue doloue cruento,
Quem tolerare putat uiolenta pericula morbo.
Antè grauis quàm mēbra lues huic ægra trucidet,
Spondæ fulcra ſimul, decumbentemq; Dauidem
Huc portare paret famulorum turba requirit.
Nil adflicta ſalus, nil me morboſa mouebit
Vis, quin intentem huic letalia uulnera ferro,
Rex ait, & rabie exardens hæc inſuper addit:
Finiet hæc illi cum morbo dextera uitam,
Hæc decreta manent immota, tuebitur armis
Hunc, ne morte cadat crudeli, nulla poteſtas.
Ergo Dauidæas pede contigit agmen ut ædes,
Seruorum, ſe fœmineo luſam accipit aſtu
Turba, doluſq; patet, quo callida techna latebat.
Tegmine ſublato ſtatuam modo lectus inanem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Exhibet, & ſæui ſpem uoti decipit omnem.
Turba redux gnatæ hanc cum Regi detegit artem,
Hanc uocem ore ferunt ſparſiſſe minaſq; ſub auram:
Haud impune dolo me patrem filia ludet.
Hæc grauis auſa niſi me uindice pœna ſequatur,
Ipſe mihi exitium precor, & mala noxia uitæ.
Auſa uirum præferre patri ferale meretur
Supplicium, differre diu eſt quod nulla uoluntas.
Coràm hauſiſſe minas has illam fama fatetur.
Vnde patrocinio tali adſerit uſa ſalutem:
Eſſe minis abitum concedere cauta coactam
Se ſimulat, falſi pietas excuſat amorem,
Quæ patris inſidijs haud tradere paſſa maritum eſt.
Lingua dolos ueniam molita meretur honeſto
Nomine, pondus habent iuſti mendacia quondam.
Hæc reſponſa fidem faciunt, ueniamq; merentur.
Dum gerit hæc rabies Saulæa, ſititq; cruorem.
Exul Ießides Ramathaida uenit ad urbem,
Elcanidæq; aperit quæcunq; pericula uitam
Saule ſuam maneant autore, quibuſq; minetur
Arma, necemq; modis uexata furore Tyrannis.
Rettulit hæc uati, Naiothidaq; iuit ad urbem
Hoc comitante, moras ubi fecit uterq; manendo.
Rumor at hac illum uulgatus ut urbe morari
Prodidit, ut capiant lictorum more, necentue
Mittit, & inſidias iubet arte parare, miniſtros.

Qui te-

Qui tetigêre uiæ cum metam, urbemq; petitam,
Edere ſacra choros binos oracula uatum,
Elcanide rectore uident, motuq; latenti
Accenſi, augurijs ardent æquare Prophetas.
Hæc patefacta recens turbant miracula Regem,
Sollicitantq; metu, quia fata reſiſtere cœptis
Sentit, & ancipiti mœrorem mente uolutat,
Et pauet euentu, rabiemq; ſecutus inanem
Huc alios, peragant rem uiue, doloue miniſtros
Mittit, opus qui tale parant & iuſſa capeſſunt.
At ſimul optatam uolucri pede contigit urbem
Turba, ſuas motu diuino exercita mentes,
Res diuinandi certant ardore futuras
More uirûm, qui fatidicis oracula pandunt
Linguis, ac uentura canunt, miraculaq; edunt.
Hoc etiam Regi cum nuncia miſſa reuelant,
Maior eum rabies accenſa dolore fatigat.
Hæc licet aduerſo nôrit contingere fato,
Non tamen abſiſtit cœcum excerere furorem,
Nil uentura Deo quem uindice pœna moratur.
Sæuit adhuc animis, ſcelerumq; cupidine flagrat.
Tertia ſeruorum uenit illo autore ſub urbem,
Qua manet Iſaides, cœdemq; caterua doloue
Inſidijsue, aut enſe parat, uinctumue cathenis
Ad loca iuſſa trahat mactandum cœde Dauidem.
At ſuus hos etiam uenientes occupat æſtu

Impetus

Impetus æthereo, & res diuinare canendo
Cogit, & exemplo ſeſe hoc æquare Prophetis.
Quam rem cum docuit ſamæ uulgata loquacis
Vox Regem, ira faces uiolentas illius hauſit,
Et uires acuit, ſcelerumq; armauit amorem.
Ipſe uiam comitante legit munitus ad urbem
Præſidio, Iſaiden perhibet qua fama morari.
Cuius ut ad portas greſſu haud remorãte ꝓpinquat,
Impetus hunc idem ſtimulat uentura canendi.
Quin ſe uaticinans omni denudat amictu,
Et diuinando noctesq; diesq; fatigat.
Interea Iſaides fugit illis exul ab oris,
Ac Ionathan repetit, fidoq; hæc fatur amico,
Quæ mea quæſo necem, quæ pœnam culpa meretur,
Irritatq; tuum quæ tanta iniuria patrem,
Ardeat inſidijs, ut ui mihi demere uitam,
Vt mactare furor me cæde laboret inermem?
Hæc cui uerba pius iuuenis dat amica uiciſsim:
Hæc Deus auertat tibi quæſo pericula uindex.
Nequaquam moriêre, necem cui nulla meretur
Noxa, meo euades mala, quæ te cunq; fatigent,
Auxilio, celare nihil, ſeu magna geratur
Res, ſeu parua ſolet me mens, aut lingua parentis.
Ergo metu uano fac corda ſoluta ſerenes,
Auſpice me uitæ uitare pericula diſces.
Reddit Ieſsides alterno has ore querelas:

Forſan

Forſan amiciciæ commercia mutua noſtræ
Nouit, idemq; dolo, ne te formido ſequatur,
Diſsimulat, me cura metu hæc ſimul anxia torquet.
Nā mihi quàm uerè nunc uitā animæ aura miniſtrat,
Me tàm certa manent uicina pericula mortis.
Vno uita gradu modo abeſt mea mortis ab ictu,
Et cadet exitio, fugietq; caduca ſub umbras.
Talia ſollicito queritur dum lingua Dauidis
Corde, leuat triſtes dulci ſolamine curas
Vox Ionathæ, omne pio ſtudium qui ſpondet amico,
Datq; fide fore Sauliden huic inſtar Aſyli.
Fundit Ieſsides turbato has pectore uoces:
Craſtina lux lapſo redeuntes menſe calendas
Non tardis reuocat, mora quas leuis exigit, horis.
Meq; ex more decet iuxtà, cum lance miniſtrat
Rege iubente dapes coqua turba, accumbere menſæ.
Quare ne perimat prenſum me cœde Tyrannis,
Craſtina luce dies ſimul umbras orta fugabit,
Te ueniam campi condam me dante latebris,
Tertius emergat dum clauſo ueſper olympo.
Cùm uacuam cernet (ſolito quam debeo ſedem
More tenere) pater tulerim me quoue rogabit.
Da reſponſa: lares ueniam me dante paternos
Manè petiuit, opus qui cras ſolenne ſequentur.
Huic cognata tribus ſacros adolebit honores,
Relligioſa Deo pietas quos debet, & aris.

Hoc Rex

Hoc Rex audito ſi mitior exuet iram,
Spes optata redit triſtem antè ſecuta ruinam.
Sin ardere graui rabies animum arguet æſtu,
Me dare cœde parat leto uiolenta Tyrannis.
Hæc quia me triſti nunc clade pericula uerſant,
Quam mihi dextra dedit, pietaſq; fidelis amico,
Te nunc poſco fidem, mihi quo ſine nulla facultas
Vitandi rabiem, quam uis aduerſa minatur.
Quòd me ſi qua reum pœnæ delicta fatentur,
Ipſe neci me dede, nihilq; hæc fata recuſo,
Ne crudele genus me uindice Rege ſequatur
Supplicij, prædamq; ferat me ſæua Tyrannis.
Talia dicenti iuuenis Saulæus amico
Reſpondet: formido nefas committere pœnæ
Tale uetet, pietaſq;, fugit quæ cœdis amorem.
Dum mihi uita Deo ſeruante, ſaluſq; manebit,
Cura tui è momori mihi nunquam pectore cedet,
Antè tuam patiar quàm ferre dolore laborem
Vitam, morte meam malim migrare ſub umbras.
Vna ſalus ambos, eadem ambos fata ſequentur.
Hoc mihi crede, patrem ſi ſigna probata loquentur
Decreuiſſe tuo maculare cruore Tyranni
Sæuas more manus, ut fuſo ſanguine cœdem
Viq; doloq; paret, niſi me monitore furorem
Diſces, inſidiaſq;, Deo me uindice tangat
Pœna dolore graui, dare quam periuria debent.

Illa ti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Illa tibi curas ſoletur, & omne ſerenet
Mentis onus, iubeatq; fides ſperare ſalutem.
Hæc ait & uicina petit comitante ſodali
Iſaide iam rura, nouoq; hæc fœdera pacto
Firmat, & ore Deum teſtatur, & edit in auras
Hanc uocem: tua ſancta Deus, tua numina teſtor,
Promiſſam uiolare fidem me nolle, requirat
Auxilium quoties data damna dolentis amici
Indefenſa ſalus, & ſors premat anxia uitam.
Quòd ſi ſigna dolo nullo ſimulata loquentur
Exhauſtis patriam langueſcere uiribus iram,
Et non Iſaides me diſcet nuncia ueri
Indice, pœna nefas hoc plena labore ſequatur.
Sic cum ſæua furor certis incendia ſignis
Arguet, & rabies maiorem ardeſcet in iram,
Ni uitare meo metuenda pericula diſcet
Conſilio, opto Deus me pœnis urgeat ultor,
Qui regat Iſaiden, medioq; in turbine rerum
Adſerat, antè meum ceu uindex undiq; patrem
Texit, & infeſtos exercuit illius hoſtes,
Arma furor quoties hoſtilis, opemq; parabat
Aduerſam, pugnaſq; inimico Marte mouebat.
Gratia fœdus init tunc mutua tale duorum,
Quo conſpirat amor ſincero concitus æſtu.
Iſaide Ionathas reuocare manente parabat
Greſſum, ad tecta uiam quà patria ſemita pandit.

Conſilium

Conſilium miſero cùm tale miniſtrat amico,
Hæc fando: cras hora redit, qua regia ſedem
Menſa tuam prodet uacuam, cum fercula promat
Lauta cocus, genitorq; meus diſcumbere coget
More uiros ſolito, quibus hæc conuiuia debet.
Ergo dies terram cum lampade tertia ſparget,
Exercere ſinunt operas qua iura colonos,
Omneq; feruet opus, tauros & aratra fatigant.
Te iuxta lapidem abde ſpecu clàm cautus Aſelem,
Non incerta notas ut coniectura ſequatur,
Quæ doceant, quid agas, & quæ uia, ſpesue ſuperſit
Vitandi inſidias, & uim, furiaſq; minaces.
More uirûm aëreas torquentum tela ſub auras
Arcu, ſeu poſitas conantum tangere metas,
Stridenti teretes neruo torquebo ſagittas
Ordine tres, ac ſigna rei manifeſta latentis
Addam uoce, ſono quæ ſi tali hauriet aures:
Tela loco propiore puer, quàm lentus oberras
Sparſa iacent: tunc nulla tibi metuenda Tyrannis,
Inſidijs uis nulla necem, ferroue minatur.
Hæc tunc teſte Deo, dubites ſi credere dictis,
Vera loquar, mea nec tibi uox imponet amico.
At ſi uerba ſono puerum hæc audita ſequentur:
Vlteriore, gradu tua quàm ueſtigia torques,
Tela require loco, te magna pericula uerſant,
Et damnoſa fugam mora ſuadent nulla retardet.

Hæc,

Hæc ſincera fides quæ ſancit, & icta tuetur,
Sit uulgare nefas, uiolari aut fœdera fuco,
Quod diuina uelit pœnis abolere poteſtas.
Paret Ießides monitis, ſeq; abdit hiatu
Terreno, ſortemq; Deo commendat iniquam.
Venit ut ergo ſtatis lux deſignata calendis,
Rex de more dapes poſitis parat, aulaq; menſis
Carpere, quiſq; ſuam ſolito occupat ordine ſedem,
Prodit abeſſe loci ratio uacui ocyus unum
Iſaiden, ſed nulla rogat uox Regis ubi ſit,
Namq; moræ cauſam putat orta pericula morbo,
Aut aliud, quod adeſſe uetat, ueniamq; meretur.
Sed quia luce uidet nec adeſſe ſequente Dauidem,
Hunc quæ cauſa rogat biduo ire moretur in aulam,
Quo ſtudio ſolitas non menſam accedat ad horas.
Huic Ionathas, memori qui fœdera mente uolutat,
Dat reſponſa: diem cum lux hodierna tenebris
Sub terram lapſis reuocaret, adiſſe penates
Me ueniam orato genitor mi ſcito Dauidem.
Cras quia ſolenni tribus aris patria ritu
Dona litat, cupit hunc cumulare decenter honorem.
Relligio finem ſimul æquo more ſequetur,
Affore ſe dedit ore fidem haud fallace, moræ ergo
Da ueniam exiguæ, ueniam pia cauſa meretur.
Hanc ubi lingua ſonat Ionathæ uocem, ira furorem
Concipit, & rabido hæc Rex fatur concitus æſtu:

Fili degenerem naturam labe fatentis
Infami genetricis, amas cur crimine patrem
Irritare tuum, quod pœnæ damna meretur?
Poſthabito curas cur me genitore Dauidem,
Qui parat inſidias mihi & imperij ambit honorem.
Et quem deuoueo ceu peſtem, atq; ardeo ferro
Tollere de medio? tibimet dare damna laboras,
Exitijq; cies, quo te, ſtultamq; parentem
Dira lues perdet, neq; enim te gloria regni
Vlla manet, niſi uita cadat nece uicta Dauidi.
Ergo moram nunc tolle, uiamq; capeſſe ſub oras,
Rumor ubi latitare refert, captumq; miniſtræ
Auxilio turbæ, noſtram rape ductor ad arcem,
Morte mihi pœnas (hæc ſtat ſententia) debet.
Hæc dat iuſſa furor ſtygio actus Erinnyos œſtro.
Hîc Ionathas rabidæ quia cauſam flagitat iræ,
Hanc prece dum miſero placare laborat amico,
Penè ſuæ exitium patitur lacrymabile uitæ.
Conijcit æratam Rex ira feruidus haſtam,
Et mactare parat uiolento uulnere gnatum,
Qui tutore Deo tamen orta pericula uitat.
Scamni ſubducens ſe plagæ fulcra relinquit,
Nec refouet uictu ſe, & caſum luget amici.
Poſtera ſole dies noctem ſurgente fugabat,
Rura petit, notamq; ſpecum, qua delitet exul
Iſaides, neruoq; leues per inane ſagittas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Torquet, & illa facit puero, qui tela requirit,
Verba, notaſq; rei occultæ clamore figurat:
Tolle moras, & agros celer ulteriore patentes
Carpe gradu, & ſparſas hac parte require ſagittas.
Tela puer collecta refert haud conſcius acti,
Cui ſua Saulides dabat arma, domumq; iubebat
Ferre, uiam greſſu qui cum properante relegit,
Liquit Ießides ſpeluncam, altaſq; cauernas.
Imminet en fido, uitam cui credit amico,
Et ſic fuſus humo lacrymis effatur obortis:
Aduerſam lenire Deus miſero annue ſortem,
Et concede fugam, quam uis parat impia, cœdis.
Te ſine nulla ſalus, ſine te uia nulla ſalutis,
Dixit, & ut ſtratum ſeſe tellure leuauit,
Amplexu petijt Ionathan, atq; oſcula fixit,
Eſt & uterq; pium fletu teſtatus amorem,
Præcipuè tamen imbre genas rigat humor oborto
Iſaidæ, cum iam ualedicere cœpit amico,
Et parat ire, fugam quà non auguſta morantur
Fata, moram formido uetat, uix pauca loquuntur,
Alter & alterutri ſeſe commendat amico,
Diuerſamq; uiam petit, anxius occupat ambos
Exercetq; pauor. Noben celer exul ad urbem
Tendit Ießides, illo ueniente ſacerdos,
Obſtupuit, hic ſacra Dei qui munia nutu
Geßit, anhela uelit quid feſtinatio greſſus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Alite miratur, cauſamq; indagat eundi
Huc, & cur nullo ueniat comitante uiator
Quærit. Ießides ſic rem mentitur agendam:
Rex obeunda dedit mihi plena negocia curis,
Quæ me mole grauant unum, quia nouit eandem
Cauſam nemo uirûm, quæ me curanda fatigat.
Feſtinare grauis ratio iubet ergo ſub oras,
Quò famulam poſt mè iußi ocyus ire cateruam,
Tempore quam mea terga ſequi breuiore uidebis.
Anteuolo ipſe, ſatis res ut matura geratur.
Si cibus ergò, famem quo fas ſedare, ſuperſtes
Eſt tibi, prome, quatit uires mihi languor anhelas.
Quas uictu reuocare ſinas, uotoq; potiri.
Aut ſi tale nihil tibi præſens hora miniſtrat,
Panes prome ſacros, quibus uti iura ſacerdos
Te modò ſacra ſinunt, cum dura pericula cogunt,
Sæpe pias ueniam leges uiolare meretur.
Poſcenti Iſaidæ Cerealia dona ſacerdos
Non niſi panis ait, dare quem uetat addita templis
Relligio, ſupereſt: quo ſi te tanta cupido,
Si languore labor, ſi tantus anhelitus urget
Membra, leuare famem potes, & reuocare uigorem.
Nulla recens modo concubitu ſi luce uoluptas
Polluit hac animum, uetiti nil panis ab uſu
Arceo, dat ueniam culpæ diuina poteſtas,
Quã committit amor uitæ, hæc cum clade laborat.
Huic

Huic ait Iſaides triduo me nulla uoluptas
Talis adegit, ut exequerer ſocialia lecti
Gaudia, quæ petimus, dandi eſt impune poteſtas.
Hæc adfirmanti panes ſacra dona ſacerdos
Promit, ubi ergo moram Iſaides paruã exigit, illum
Prodit Idumeo uiſum, hic dum templa frequentat,
Fama uiro, quem Doëgem dixere penates.
Regius hic cuſtos paſtorum primus equarum
Forſan erat, ſpolium qui cœſi inſigne gigantis
Enſem obſeruat Ießiden aptare, ſacerdos
Cum daret hunc, lateri, ergo redit cũ Regis in aulã
Proditor, hanc aperit rem Regi, accendat ut iram
Facta ſacerdotis memorans odioſa Tyranno.
Eripit Iſaiden fuga, uitam huic fata tuentur,
Ad Regem qui fertur Achim ueniſſe uiator,
Et rabiem ſimulaſſe metu, hæc quia cura fatigat
Hoc animum terrore: necem ne cœde Tyrannis
Intentare paret metuit, ſi qualia bello
Geſſerit, ut ſæuum tyro fudit Marte Philiſten,
Rex meminiſſe poteſt, uia cœdis ut ergo pateſcat
Vitãdæ, mens cauta modo hoc mentita furorem eſt:
Aulica turba parat dum ducere Regis ad arcem,
Corruit ante pedes ducentum, aut tempora ualuis
Portarum illidit, titubatq; inſanus ut erro,
Squallet & hirſutam barbam, quam ſpumeus humor
Miſcet, & horrendam facit ore ſpuente ſaliuas.

Adſerit huic uitæ rabies ſimulata ſalutem.
Lædere quiſq; dolis errantem mente ueretur.
Et Rex, qui furias metuit, quas techna figurat,
Arce dat eijciant illum mandata miniſtri.
Sic illum eripuit furias imitata doloſo
Geſtu techna, ſagax qua uim ſolertia uitat.
Vaſtam fama ſpecum eſſe refert, cui nomen Odollæ,
Hanc petijſſe ferunt hac è regione Dauidem,
Condidit immani illius qui corpus hiatu.
Quærere cauta necis ſuaſit formido cauernas.
Quod ſimul ut diſcunt eius rumore penates,
Cum genitore uiam pia fratrum huc turba capeſſit,
Præſidioq; ſuo germanum munit, & armat.
Nec non diuerſis ex urbibus agmine magno
Huc cocunt, uitæ quos dura pericula uerſant,
Aut grauis ære uiros alieno exercet egeſtas,
Aerumniſue onerant alij, aut diſcrimine caſus.
Fama quadringentos numero coijſſe fatetur.
Elegêre ducem unanimi qui ſorte Dauidem,
Imperio regeret ſeſe, ac defenderet armis.
Horum præſidio Maſphen munitus ad urbem
Venit, ui tenuit quam Rex Moabitidos oræ,
Aduena ſollicitat quem dux, ac talibus orat
Iura ſuo hoſpitij patri, turbæq; penatum:
Rex ditione potens, & laudibus inclyte famæ,
Da precor exulibus tecum hoc conſidere regno,
Et pa-

Et patrem, matremq; meam, tecum oro morari
Hac ne ſede uetes, dum quæ me fata ſequantur
Auſpicio diſcam certo, ſortemq; futuram.
Rex, pietatis amor quem mitem reddit, amico
Annuit ore fidem hoſpitij, ſedemq; petitam.
Excipit exilio perpeſſos damna parentes
Iſaidæ, auxilioq; leuat, regnoq; tuetur.
Hinc monitore Gado poſt tempora parua Dauidem
Vate ferunt migraſſe plagæ comitante ſub oras
Iudeæ ſocio cœtu, huc quia fata uocabant.
Cœpta Deo luco moderante propinquat Haretho,
Et patitur nullo damnoſa pericula caſu.
Quò ueniſſe nouo didicit rumore loquacis
Illum Saul famæ, quem uis odij urget, & iræ,
Hunc cum præſidio muniri militis audit.
Vnde ſuos tali compellat uoce miniſtros,
Stans, haſtamq; tenens, hi cum facto agmine ſtarent:
Hauriat hæc et dicta memor mens ueſtra recondat,
ô famuli, uobis num iugera diuitis agri,
Num uincta dabit, num regia munera gazas,
Diuitias rerum cui copia nulla miniſtrat,
Iſaides? num militiæ, legumue creabit
Rectores uos ille, manet quem nulla poteſtas
Imperij? periura furor cur fœdera demens
Veſter inire parat? quod uerum certa fatentur
Signa: fidem uiolat quia ueſtrum quilibet auſis
Illicitis, hoſtem mihi uoce meum indice nemo

 Quà

Qua lateat regione refert, ſit nota licet res,
Sortem nemo meam dolet, aut releuare laborat:
Auxilio ærumnas, quibus hæc me fata fatigant.
Dum meus Iſaiden periuri fœderis autor
Gnatus amat, ſtudioq;, poteſt quocunq;, tuetur,
Illum poſthabito eſt me cunctis cura iuuandi.
Perfidiam ulciſcar pacto, quo debeo, talem,
Nî mentem in melius uobis ſententia uertat.
Dicta ſtupent alij, nec dant reſponſa miniſtri,
Verſat Idumæum diri ſcelerata fauoris
Doëgem primum turbam inter honore miniſtram.
Regia cui curæ pecus eſt, & paſcua campi,
Hinc Regi orſus ait, tacitiſq; ſilentia rumpit
Sic alijs: quadam cum templa Nobæa ſubirem
Luce, ſacerdotem cœſi ſpolium arma Philiſtæ
Porrigere, illicitos panes ſacra donaq; uidi,
Quos dare iura uetant diuinitus addita templis.
Quin diuina modo conſueto oracula uates
Conſuluit, docuitq; uiam aptam rebus agendis.
Hoc edocte nefas deceant quæ facta uideto,
Digna ſacerdotem ut te uindice pœna ſequatur.
Hoc Rex indicio ſæuam rabiem haurit, & iram,
Adductoſq; ſuæ miſſo lictore ſub arcis
Tecta ſacerdotes, qui ſacra Nobæ urbis ad aras
More miniſtrabant iuſſo, ſic feruidus æſtu
Iræ infeſtat inhumano ore, necemq; minatur:

Quis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Quis te turba nefas rabie furor auſa fatigat,
Iſaiden ut honore mihi præferre labores,
Et, quod iura uetant templi, Cerealia uictum
Dona dares, gladioq;, meum cum noueris hoſtem,
Armares, & opem ferres diuina petendo
Huic reſponſa, uias ut eum hæc patefacta docerent,
Me quibus inuadat, præſentius angat & hoſtem.
Hæc niſi ſupplicio periura piauero uindex
Auſa, mori exoptem me ſæua pericula cogant.
Huic Achitobides ſua dat reſponſa ſacerdos:
Inclyte Rex, regnoq; potens, & clare triumphis
Belli, nonne tuam ſociali fœdere gnatam
Iunxiſti Iſaidæ? quo num præſtantior alter,
Aut maiore fide tua iuſſa capeßit, ut omnem
Cauſam mente gerat uigili accuratius? aut quis
Ante tuos oculos it laude celebrior illo?
Num primum ergo refers me tunc oracula uatem
Conſuluiſſe, fugam dare ſe cum uoce negaret
Dißimulante uiæ cauſam, quam fraude tegebat?
Iure potes nullo nos ergo poſcere pœnas,
Mens ſecura doli tulit hæc errata latentis.
Dat reſponſa furens animis, pœnamq; minatur
Rex hac uoce: necem non improba turba cruentam
Effugies hac luce, mori mihi fuſo ſanguine debes.
Hæc ait, & totidem uitam mactare, quot adſunt,
Cœde ſacerdotum iubet ore minace miniſtros,

Ni parēre uelint, his pœnam indicit, & iram.
At crudele nefas quia quiſq; patrare recuſat,
Pœna ſacerdotes mactare timenda moratur,
Poſcit in auſa, ſitis cui crimen ad omne cruoris
Fuſi dira ciet uires, rabiemq; , Doëgem
Rex, parat ille, uolunt quã iuſſa Tyrannica, cœdem,
Sanguineoq; uiros ferro crudeliter ardens
In furias decies octo, quinoſq; trucidat,
Sacra miniſtrabant omnes qui munia uiui.
Nec rabies tanto contenta furore quieſcit
Regis, inexhauſto ſumit quæ robore uires,
Et ſaturare nequit ſe cœde, ſititq; cruorem.
Vrbem namq; Noben habitauerat obruta ferro
Turba ſacerdotum, ſimul illam funere diro
Miſcet, & omne, regit quod ſpiritus, obruit armis
Rex & cœde genus, pecudeſq;, uiroſq; trucidat
Vna modis miſeris uis, fœmineamq; cateruam,
Innocuumq; gregem, & ſine morum labe puellas
Sic pueros primo ducentes flore uigorem,
Nec minor infantes ſublatis matribus angit,
Obtruncatq; furor, cruor undiq; fuſus inundat.
Nec modo cœde uiros ſuperat uiolenta Tyrannis,
Verum etiã pecudum genus omne trucidat, & urbē
Funereo miſcet, cumulatq; cadauere ſtragem.
Tanta furit ſtygio rabies exercita motu.

Achime-

Achimelechiden unum euaſiſſe cruentas
Fama uirum furias, qui fata miſerrima ſuſæ
Cœde ſacerdotum turbæ, patrijq; coloni
Rettulit Iſaidæ, quem nuncia triſtia turbant
Ingenti luctu, mœſtoq; dolore fatigant,
Quo concuſſus ait: cauſam crudelibus auſis,
Proh dolor, exhibuit res hæc: me pane ſacerdos
Laſſatas uetito uires reuocare ſinebat,
Et dabat arma, Deumq; meo reſponſa petebat
Nomine me doctura uiam, quam tutius irem,
Cum fuga diuerſas me præcipitata ſub oras
Duceret inſidias uitare, minaſq; uolentem
Hoſtiles, queror eſſe reum me ſanguinis huius,
Impetus effudit ſtygio quem concitus œſtro.
Tu depone metum mala quæ nos cunq; ſequantur,
Vna ſalus nobis, eademq; pericula uitæ
Semper erunt, mea te, tua me manus adſeret armis.
Vrbs erat, & bello, & geſtis non infima rebus
Ceila, quæ fundata ſolo florentis Iudæ
Ruris opes magnas cumulabat diuite campo.
Illius eſt muros quondam obſediſſe Philiſtas
Fama, boniſq; ſuis Cerealibus horrea raptim
Expoliaſſe, ducem quod cum docuêre Dauidem
Nuncia miſſa, Deo ſuaſore potentius armat
Se, ſocioſq; uiros, uexatam & liberat urbem
Oſidione, fugamq; petentes edomat hoſtes,

Et quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Et quæ penè carent numero, edit funera ductor.
Saul didicit ſuſos uictore Dauide Philiſtas,
Ac ui defenſam ſeruatis ciuibus urbem,
Qua nunc ille moram terat, exitijq; timorem
Exuat, & muro ſeſe tueatur, & armis.
Hinc ſpem poſſe capi uanam haurit, & illa uolutat
Clàm ſecum: ecce Deo mihi nunc autore facultas
Euenit Iſaiden armis potioribus hoſtem
Cædendi ſocio cum milite, ferrea tardat
Obice porta fugam, urbs muro quã cincta moratur.
Vnde necem ſupereſt uitandi nulla facultas.
Hæc ait, & populum ciet omnem in prælia ſecum,
Obſidione premat, magnis & uiribus urbem,
Et fundo muros imo illius eruat armis,
Hoſtilemq; domet uim, diraq; cædibus edat
Funera, & exaturet rabiem miſerabile uulgus
Mactando, tradant niſi proditione Dauidem.
Prælia moliri Saulem uiolenta Tyrannum
Fatali Iſaides didicit rumore, Deum ergo
Conſuluit, num defenſæ ſe ciuibus urbis
Credat, & auxilio ſe horum tueatur & armis.
Diſſuadent diuina moram reſponſa, docentq;
Inſidias, ſubitò nî cedat, utrinq; timendas.
Hæc cum uox aperit diuina pericula, cogit
Sexcentos ſocios confeſtim, urbemq; relinquit
Ductor Ießides, & quà uia cunq;, fugam dat,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Et diuerſa ſubit loca, uaſtæ donec eremo
Ziphee imminuit, faſtigiaq; undiq; ſaxis
Tuta petiuit, & huc ſeſe, ac ſociam abdidit alam,
Ziphæo Ionathas iuuenis cum regius audit
Monte locum caſtris ſortiri, has ire ſub oras
Candidus urget amor, quo mutua pacta tuetur,
Quæ pepegit pietas fœdari neſcia ſuco.
Contigit optatam iam greſſu præpete rupem,
Imminuitq; pio, atq; hæc eſt effatus amico:
ô dilecte mihi ſincero pectoris æſtu
Iſaide, ne cura tuam coquat anxia mentem,
Ne timor exitij nimium mœrore fatiget,
Pone metum, tutore Deo arma, minaſq;, doloſq;
Effugiet tua uita mei genitoris, & iram.
Illius inſidias necquicquam, uimq; parabit
Dextra, furor quoties uires, rabiemq; reſumet.
Tu decus imperij dominando laudibus heros
Inclytus omne geres, & erit tua ſumma poteſtas.
Meq; ſequetur honos tecum, quia proximus æquo
Fœdere ſemper ero, tua iuſſaq; fidus obibo.
Hac ratione nouant quondam icti fœderis uſum,
Teſtis eatq; Deus uotis communibus orant,
Patria Saulides quo facto rura reuiſit,
Proq; ſuo curam gerit, & triſtatur amico.
Interea, Ziphæa tenent qui rura, coloni
Proditione ſuis in montibus abdere pandunt

Iſaidem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Iſaiden ſua caſtra,monentq; inuadere bello,
Dantq; fidem,ſe uelle dolis ſocioſq;, ducemq;
Tradere,ſi ueniat Rex has bellator ad oras.
Proditionis opus qui læto nuncia uultu
Excipit,indicibus periuris talia fando:
Vos meritò debent hac pro pietate uiciſsim
Præmia magna ſequi,noſtri monumenta fauoris,
Quem ſincera fides æternum ueſtra meretur.
Iam quia cura mei uos ſedula tangit, & omnem
Perfidiam uitare iubet,mora nulla retardet,
Quin patrios repetatis agros,penituſq; latebras,
Se, ſocioſq; uiros quarum abdidit hoſtis hiatu,
Indagate,uiam ſua qua ueſtigia ſignent.
Me mora nulla uetet quin agmina denſa repentè
Cogam, præſidio quorum munitus & armis
Adſim,uiq; frequens exercitus obruat hoſtem.
Qui ſi nunc terræ ſpecubus ſeſe abdat opacis,
Non tamen euadet ſine fuſo ſanguine mortem.
Hunc ut mille uirûm uis maxima muniat armis,
Victori uitam hac ſpolium mihi luce relinquet.
Proditor ut redijt patriam Zipheus ad oram,
Iſaides dux cum ſocio agmine conſita ſyluis
Deſerti tenuit loca Maonis undiq; ſaxis,
Et munita iugis,aditum quà penè morentur
Hinc atq; hinc rupes,quo cum Saul duceret alam
Agmine ſtipatam denſo, latus occupat armis
Montis Ieſsides, quem circum funditur agmen

Viq;

Viq; hoſtile premit, tantoq; furore fatigat,
Pene fugæ ut ſpes ſit ſeruandæ aut nulla ſalutis.
Sed Deus auertit uiolenta pericula uindex
Iſaidæ, & uitam tutatur & eripit armis
Hac ratione: uenit Cißidæ nuncius illo
Huc autore, refert qui bello impune Philiſtas
Graſſari in patrias urbes abſente, nec armis
Vim prohibente, neceſq; uirorum Rege cruentas.
Hæc Saulem cœptis abſiſtere nuucia cogunt
Seq; Philiſtæis furijs opponere bello.
Adſerit Iſaidem ſic tunc diuina poteſtas,
Pene miſer poſſet cum deſperare ſalutem.
Saul dum bella gerit ſæuis aduerſa Philiſtis,
Ad loca tuta loci munimine fama Dauidem
It fugiſſe, fugamq; ſtatim rumore loquacis
Detectam famæ Sauli, è toto unde legebat
Is ter mille uiros, iuuenili robore, & uſu
Belli præſtantes, quorum auxilio obruat hoſtem
Victor Ießides, & pollens robore pubes
Aſcenſu iuga uel ſolis non inuia damis
Exuperet, latebras paßim dum luſtret opacas,
Cumq; ſuo Iſaiden ueſtiget, & opprimat armis
Agmine, cui ſudat furijs agitata Tyrannis
Intentare manus crudeli cœde cruentas.
Iam loca præſidio hoc munitus adire parabat,
Fama latere quibus docuit uulgata Dauidem:

Obuia

Obuia ſepta uidet, uicinam his inſuper amplo
Speluncam ruptæ quondam telluris hiatu,
Hanc petit, & ſocios uicino rure morari,
Dum mora parua fluat, iubet, exonerare ſaburram
Ventre parat, cœcæ ſubit imas unde latebras
Speluncæ, inſidiasq; nihil iam, uimq; timeſcit.
At ſimul Iſaiden his fata latere cauernis
Tunc uoluere, uiroſq;, quibus dux adfuit heros.
Dum nihil inſidias aut uim ferus extimet hoſtis,
Huic chlamydem incidit ferro, et clàm diſſecat orã
Iſaides, & cum ſinat hæc occaſio uitam
Eripere infeſto inſidijs, ac cœde Tyranno,
Non tamen intentat letali huic uulnere mortem,
Vrgeat hoc quamuis ſocij facere agminis ardor.
Improba dux tali compeſcuit auſa cateruæ
Alloquio: diuina regat me quæſo poteſtas,
Ne, cui regna graues dant fato tradita curas,
Cœde mihi ſurgat demens abolere cupido.
Mors ſua communi hunc manet ultima linea rerum,
Tempus & eſt meritæ nulli euitabile pœnæ.
Poſt hæc egreſſum ſequitur clamore latebris
Saulem, qui retrò ſua lumina flectit, ut haurit
Aure uocantis, & attonito horret pectore uoces.
Hinc ſic alloquitur ueſtigia uerſa prementem
Iſaides: ô imperij, & patriæ inclyte rector,
Cur odio indulges, iniuria nulla quod unquam

Me tibi rex autore mouet, ſed concipis iram,
Et coquis iniuſto uiolentam pectoris æſtu,
Cum tibi nulla meo ſint mota pericula nutu
Vnquam, nulla dolum uis intentârit iniquo
Conatu, te uana trahit, cœcatq; cupido
Cœdis amore, paras qua me delere merentem
Tale nihil, tuus exercet rabiem ardor inanem.
Me Deus inſontem tegit, & me uindicat autor
Auxilij, quo nulla ualet prohibente poteſtas.
Pondus habere putas ueri ulla fidemq; mereri
Verba uirûm, tibi qui mentitis uocibus audent
Me deferre, tuamq; odijs accendere mentem
Contra me, dum falſa ſerunt, iramq; laborant
Irritare tuam, qua motus & arma capeßis,
Vimq; paras, uitamq; mihi nece demere tentas?
Iam quia tanta tibi rabies accendit amorem
Cœdis, & inſontem me leto dedere tentat,
Argumenta fidem teſtantia pectoris omni
Fraude carentis, & omne nefas, & dedecus oſi
Diſce, probant te teſte reum me criminis huius
Nequaquam eſſe, dolo cuius me turba uirorum
Inſimulant inimica, tuumq; audacius hoſtem
Fingunt, ſigna negant quam ueram talia uocem:
Cum mihi fata darent uires, cauſamq; necandi
Te Regem, uetuit tamen hoc patrare uoluntas
Dirum iuſta nefas, pietatis amore cruentam

Non habui dextram, cum non occaſio cœdem
Vlla uetaret & inſidias differre moneret.
Hæc ut dicta fides mea non dubitata ſequatur,
Ecce tuæ partem tunicæ, quam præſcidit enſis
Hic mucrone, ſpecu cum cœco mole leuares
Ventrem, quo natura modo mortalibus ægris
Præſcribit legem, hæc fortuna ſinebat ut armis
Clàm tibi præriperem uitam, & tantæ ultor abirem
Noxæ, meq; phalanx mihi fœdere iuncta iuuaret,
Non tamen arma manus mea ſtrinxit, ut ederet ictu
Sanguineo cœdem, non hoc pietatis amator
Commiſi ſcelus, oſa Deum ſe turba cruentat
Cœde, ſititq; nefas ſectanti mente cruorem.
Ergo quod inſidijs me, ui quod ubiq; fatigas,
Teſte Deo queror inſontem hos me ferre furores.
Nulla tibi prebet me quorum iniuria cauſam
Vnquam autore, memor te iuſticiæ ergo uoluntas
Frenet, ut inſontem me abſiſtas uelle peremptum.
Te mihi lædendi Regem non ulla facultas,
Tu me cœde tamen triſti mactare laboras.
Quòd me perſequeris uel idem, ac ſi cœde parares,
Caſſum luce canem, pulicemue abolere ſalacem,
Quem contra inſidias ſua robora nulla tuentur.
Iudicet oro meam, qui ſcit Deus omnia cauſam,
Meq; tegat, manus arma mihi tua quando minatur.
Talia dum uacuas querulo auras uerba profundit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Ore, ſuamq; tegit iuſto conamine uitam
Iſaides, huic iſta ſonat Saul dicta uiciſsim:
Voxne meas mihi Ieſside tua uerberat aures
ô fili, quem cœde meæ cupit impetus iræ
Extinctum, te iuſticiæ res ipſa fatetur
Semper amatorem, mea me mens conſcia culpæ
Errorem cogit dignum emendare piari.
Hæc Rex ore ſerit, lacrymiſq; humectat obortis
Mente dolente genas, ac tali uoce dolorem
Teſtatur: probat euentu ratio optima teſtis
Veri, iuſticiæ te ſanctæ excellere dono,
Qui cum fata darent & robur, & arma necandi
Me regem, pietas tamen omnem cœdis amorem
Edomuit, nec paſſa necem eſt committere ferro.
Te licet inſidijs, & uiq;, doloq; fatigem,
Ac impunè queas ulciſci hunc cœde furorem:
Non pietas eſt paſſa tamen, quod fata ſinebant,
Sanguine uim fuſo patrare, ſed oſtitit auſis.
Iam quia certa docent te Regem ſigna futurum
Et caput imperio latè dominantis Iudæ:
Da promiſſa, meos quòd non abolere nepotes
Viq;, doloq; uelis, nec honoris, & inclyta famæ
Poſt mortem monumenta meæ mihi demere, uotis
Hæc te poſco pijs, hanc ne mihi detrahe laudem.
Me cum fata mori, fungi cum funere cogent,
Exuuiaſq; rogo dare, lex immota quod omnes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Mortis iter tandem cogit nos ire ſub umbras.
Talia poſcenti fletu teſtante dolorem,
Et culpæ ueniam oranti, faſſoq; furorem,
Quo temere è inſidias, uimq; intentare parârit.
Annuit Iſaides rem, uox quam fuſa requirit,
Datq; fidem domui fore nulla pericula, nullam
Vnquam uim nocituram illo ortæ autore nepotum.
Proſequitur Regem promiſsis talibus heros
Iuſtus Ieſsides, data quæ ceu fœdere firmat.
Rex ita (fata uetant quem ſumere cœdis amorem
Cum, quem decrêrat dare leto, prendit inermem,
Et potuiſſet opus peragi crudele, Deo nî
Vim prohibente minas rabies poſuiſſet, & iram)
Hinc repetit ſua tecta, redit cui priſca Tyrannis
Continuò, unde dolos alios parat, auſaq; demens.
At munita petit dux propugnacula ſaxis,
Agmine cum ſocio, diffidens mente Tyranno
Cautus Ieſsides, poſiturum haud colligit iræ
Flammas, donec eat ſua fato huic uita ſuperſtes.
Hoc exempla probant, quæ quondam expertus obiuit
Sæpe graui triſtes uitæ diſcrimine caſus.
Hæc quo geſta refert ueri uox nuncia famæ
Tempore, morte ferunt uitam liquiſſe Propheten
Elcaniden, grauis unde dolor mœrore fatigat
Vndiq; corda uirûm, quæ magno funera deflent
Plauctu, dantq; notas gemitu, lacrymiſq; doloris.

Exuuiaſq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Exuuiaſq; uiri Ramathaide in urbe ſepulcro
Commendāt,domus huic ubi propria præbuit urnā.
Dum gerit hæc pietas populo lugente Propheten
Functum morte,Pharan comitante petiuit eremum
Agmine Ießides,uenit cui ſama ſub aures,
Deſerti Nabalen cultorem Maonis amplas
Diuitias æquare bonis,quas cura peculi
Ingentes pariat,uigiliq; labore miniſtret.
Huic ouium perhibent tria millia,mille capellas
Egregium utilitate pecus cumulaſſe gregeſq;,
Diuitiaſq; bonis,pecudum quibus uſus abundat.
Illo paſtorum cui turba totondit ouinos
Tempore forte greges, Carmelis ubi ora iugoſis
Montibus eſt coniuncta,ſed eſſet ut improbus hæres
Tantarum uir opum, tamen uſu parcus earum
Penè ferebat opem nulli,laxabat habenas
Crimen auaritiæ uicijs,& amore ſuperbas
Augendi uerſabat opes ſceleratus habendi
Ardor, inhumano peruerſam pectore mentem
Vita fatebatur morum omni dedita nœuo,
Huic animi,formæq; excellens fœmina donis
Vxor erat,matronam Abigaila nomine dicunt.
Præſtantes bis quinq; uiros huc flore iuuentæ
Mittit Ießides ut opem prece,donaq; poſcant,
Talibus exorſi data ſit cum copia fandi:
Fortunate ſenex Carmelidos incola eremi

 Diuitijſq;

Diuitijſq; potens, & re creſcente peculi
Iſaides noſtro tibi mittit & ore ſalutem
Pacis & exoptat ſeros durantis ad annos
Dulce bonum, tibi reſq; ſtatu florente ſecundas,
Qui, quia fama ſuas uenit rumore ſub aures,
Quæ lanas ouium tonſore frequente tuarum
Nunc cadere adfirmat, ſpe fretus, & indigus hoſpes
Auxilij nos legat, opemq; requirit amici,
Teq; rogat miſeris ne rebus adeſſe graueris.
Adfer opem, eſt meritis hæc debita gratia noſtris.
Donec erant uno paſtorum turba tuorum
Deſerto nobiſcum, haud ullam eſt paſſa rapinam,
Iacturamue gregum nobis autoribus, æquo
Nos egiſſe modo inficias non ipſa tuentum
Turba greges, coràm ſi rem ſcrutaberis, ibit.
Ergo referre uelis, quo debes, nomine grates.
AEqua uiro meriti memor annue munera amico,
Compenſare decet bona quondam præſtita donis.
Cum potuiſſet enim prædam cumulare frequentem
E grege ſæpe tuo, uetuit tamen auſa uoluntas
Dedita iuſticiæ, duce qua uiget ardor honeſti.
Dicta Dauidæi poſt hæc ſiluere miniſtri.
Hæc reſponſa ſenex dedit improbus ore proteruo:
Vnde uiam profugo pede nequam turba ſub oras
Emetire meas, & opem mendica requiris?
Non ignoro frequens profugorum errare uagando

Huc,

Huc, illuc agmen famulûm, quibus ocia curæ
Sunt ignaua, labor quibus uſu nullus inertem
Exercet uitam, ſed aluntiquos furta rapinis.
Vtq; famem fugiant erronum more uagantur,
Et bona diripiunt alieno parta labore.
Nec mihi nota domus ducis eſt, & fama Dauidis,
Quem memoratis (ait) nec eum donare uoluntas
Vllis muneribus, non illum tanta poteſtas
Munit, ut inſidias illius, & arma timeſcam,
Si dare, quæ petitis temerè, mea dona recuſem.
Carnea nec dono, aut Cerealia munera mittam,
Nec uos auxilio aut opibus, meritiſue leuabo,
Fontibus èq; meis lymphas haurire uetabo,
Ne condatis aquæ ſperatos uaſe liquores.
Num bona tonſorum quæ iure caterua meorum
Vendicat, ignotis largiri erronibus æquum eſt?
Haud ea me uerſat dementia, debeo iuſtam
Mercedem turbis, & præmia larga miniſtris,
Aßiduè quarum ſtudio mea commoda creſcunt.
Ite duci hæc ueſtro reſponſa referte Dauidi,
Quem nil curo, licet paret arma, necemq; minetur.
Rettulit Iſaidæ has inimicas ordine uoces
Turba redux, iram magno qui concipit æſtu.
Vnde ſuas armare iubet ſe robore turmas,
Vt Nabalæ genus omne, domumq; infeſtet iniqui.
Arma uiros quadringentos ſumpſiſſe loquuntur,

Iſaidenq; ducem ſtipaſſe , uiroſq; priorĩ
Ducentos manſiſſe loco, cuſtodia quorum
Caſtra tueretur, reſq; illa ſede relictas
Accipit hoc rumore ſimul Nabaleia coniunx,
Sic Abigail ait ſtolido turbata marito:
Dixit ut Iſaides famulorum uoce ſalutem
Stulte tibi coniunx, dubijs & rebus amicam
Forſan opem peteret, cur res donare petitas
(Illius haud ullo cum damno iniuria nobis
Obſuerit, noſtroſue greges uiolárit, eremi
Nobiſcum uaſtæ loca cum deſerta teneret)
Non tulit amenti uexata furore uoluntas?
Cur inimicicias, odiumq; hoſtile potentis
Et uirtute uiri, & geſtis tibi rebus, & armis,
Concilias? autore prement quo triſtia uitam
Damna, domumq; tuam, quam funditus eruet armis,
Hæc niſi maturo ſedare pericula tentes
Conſilio, triſtem hæc ſunt clade datura ruinam.
Emendare pares ſtolidam ergo mentis iniquæ
Duriciem, & damno miteſcere diſce, nec iram
Erga illos hauri, loquitur quos candor amicos,
Hæc duro pietate grauis matrona marito
Fatur, iterq; parat celeri & uolat obuia greſſu
Iſaidæ armatæ ſtipato uiribus alæ,
Donaq; dat panes ducentos, addit & uuas
Paſſas, triticeæ & modios bis quinq; farinæ,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Quinq; ſimul coctas agnorum donaq; carnes,
Nectareo unà impleta mero duo uaſa miniſtrat,
His aſinos oneraſſe ſuo clam cauta marito
Dicitur, & famulam iußiſſe præire cateruam,
Ipſa ſecuta uiam ſpacio breuiore uirago.
Iam coniuncta iugis gradiendo rura ſecabat,
Vnde ſuum agmẽ agit dux, quem fore iudicat hoſtẽ,
Iſaides, tardo huic uicina propinquat aſello,
Ingeminare minas his illum uocibus haurit:
Vana ſuos pietas Nabalæ nos iußit iniquo
Non uiolare greges, loca cum deſerta tenerent,
Nulla ſecuta uiri eſt duce me iactura ſalutem,
Illius hoſtiles nec ouilia paſſa rapinas:
Hæc beneſacta tamen mihi gratia nulla rependit,
Pro meritis odioſa meis me probra ſequuntur.
Ergo niſi Nabalæa domus mihi flebile pendet
Suppliciũ, opto meis Deus hoſtibus arma miniſtret,
Meq; perire ſinat, uel pœnis ipſe fatiget.
Antè dies ſparget nitidam quam craſtina lucem,
Nulla ſuperſtes erit Nabalæo ſanguine proles
Creta, domum exitium miſerabile funditus omnem
Obruet, inſontes ſimul anget pœna nepotes.
Has notat aure minas, & ſe demittit aſello,
Et terram matrona premit facie ante Dauidis
Fuſa pedes orantum in morem ſupplice uoto,
Et placare uiro Iſaiden his uocibus infit:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Inclyte dux noxæ eſſe ream me finge mariti,
Victus & ô ueniam prece da mihi ſupplice fandi.
Te pietas tua flectat, & æſtus obruat iræ,
Ne Nabalæ tua mens odijs ardeſcat iniqui,
Quem uerè Nabalen natura ſiniſtra creauit,
Deſipientis habet uox hæc quia nomen, & omen.
Ipſamet haud miſſos uidi ad mea tecta miniſtros,
Quos indotatos non paſſa redire fuiſſem.
Quàm uerè ergo Deus, qui condidit omnia, uiuit,
Quam uerè uitam tibi lux hodierna miniſtrat,
Tàm certum reprimi te nunc à cœde mariti
Eſt autore Deo, tua me qui cœpta moratur
Diſſuadente, Deo pietas tua, uitaq; curæ.
Omnes opto pares ergo dementia reddat
Moribus, ingenijq; meo improbitate marito,
Ac ſtolidæ ruditate, malæq; hebetudine mentis,
Inſidias tibi qui, uimq; intentare laborant.
Parce precor miſeræ mihi, ſupplice uoce mariti
Deprecor infami commiſſam crimine noxam.
Da ueniam, placido ſpem pacis & annue uultu,
Et Deus hæc reddet tibi pro pietate uiciſsim
Auguſtæ bona pacis, & omni proteget æuo
Teq;, tuamq; domum, quam nulla pericula belli
Euertent, uirtus tua uictrix obruet hoſtes.
Tu quia diuino geris arma potentia nutu,
Victor & aduerſas fundis certamine gentes.

Et tolerare tui iuga cogis, onuſq; potentis
Imperij, palmamq; paris, lætoſq; triumphos.
Ergo faces generoſa ſuas mens obruat iræ,
Impetus infami ne uitam exerceat auſo.
Dum tibi uita manet, famæ uitare memento
Dedecus omne, decet motus compeſcere mentis.
Quòd ſi te pietas reget hæc, & habere uetabit
Crudeles animos, uictoria læta ſequetur,
Te quoties hoſtile minis infeſtet, & armis
Agmen, opem feret huic oneri diuina poteſtas.
Faſcia te inuoluet nullo penetrabilis ictu,
Nulla tuam lædant ut clade pericula uitam.
Aſt inimica cohors adflictæ flebile uitæ
Exitium gemet, & tortæ ceu turbine fundæ
Exagitata, trahet ferali ſorte ruinam.
Iam ſi te nullo maculauerit error, & iræ
Impetus illicito, quod pectora ſauciet, auſo,
Imperij cum ſceptra geres, & Regis honorem,
Conſcia mens recti uirtutem armabit, & omnes
Magnanimo uincet caſus exercita motu.
Quæ prece poſco, memor, cũ regni auguſta poteſtas
Te penes omnis erit præſtare memento, meoſq;
Pace tua dignare, tuoq; fauore penates.
Crimen ob iniuſti nec totam perde parentis
Progeniem, exitium mecum non tale merentem.
Annue quæ petimus, placidoq; hæc accipe uultu

Donã

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Dona damus uili quæ non niſi parua paratu.
Accipe, daq; uiris, duce te qui bella ſequuntur.
Polliceor maiora, boni nunc conſulat oro
Vilia dona pio mens uſa fauore rogamus.
Impetrat hoc aſtu ueniam matrona marito,
Cui dat Ießides ſedato hanc pectore uocem:
Gratia magna Deo debetur, honoſq; ſupremo,
Qui me grande nefas uetuit committere cædem.
Auſpice te cœptum crudele petente relinquo.
Non equidem antè meas effuſi ſanguinis autor
Cœde manus fœdaui, at nunc niſi comminus iſſes
Obuia, tota domus cum noxæ autore cruentas
Pœnas, antè redit quàm cras aurora, dediſſet.
Hæc effatur, & humano data munera uultu
Excipit, & pacem matronæ ſpondet amicam,
Datq; fidem fore tutorem ſe lege perenni
Hac exortæ autore domus, & fœdere ſancit
Dux promiſſa, Redit geſtis ita rebus ad ædes
His matrona ſuas, comitemq; reducit ouantis
Geſtu læticiam, pax quam promiſſa miniſtrat.
Vt redit ad ſua tecta, diem nox pene ſub umbras
Orta fugat, non geſta refert hæc ergo marito,
Ante ſequens remouet quam terræ aurora tenebras.
Namq; meri coniunx obſeſſa furore gerebat
Corda, domum rediit cùm functa uirago periclo.
Vnde dies orbem cum poſtera liberat umbris,

Et di

Et digeſta uiri eſt nocturno crapula ſomno,
Huic aperit demum, quæ mota pericula magno
Vix ſtudio, & propriæ ſæuo diſcrimine uitæ
Vicerit, & precibus pacem reparârit ademptam,
Et compeſcuerit mala triſte minantia bello
Exitium, cœdeſq;, atq; edita funera bello.
Hæc memorat matrona, pauor letalis in artus
Attonito Nabalæ rumpens ita carpit & angit
Huic uitam, illa decem ut poſt interualla dierum
Morte ſuum exueret penitus confecta uigorem.
Corpora duriciem ſaxo ſimilem ægra trahebant,
Mœroremq; hauſit cor origo ſalutis, & omnem
Vim poſuit, uitæ qua robur, opemq; miniſtrat.
Exitus hic fato ſequitur lacrymabilis æquo,
Dignaq; pœna uirum, pietas quem nulla gubernat,
Sed fidens opibus qui crimen ad omne furorem
Concipit, & pœnæ ſecurus amore ſequendi
Omne nefas ardens ruit, eſt quocunq; cupido.
Hanc cum fama refert rem diuulgata ſub auras
Iſaidæ, ultor (ait) Deus auſi uindicat hoſtem
Ipſe meum, & uetuit me fundere cœde cruorem
Iniuſti Nabalæ, cum dona petita negaret.
Hæc autore Deo quia me benefacta ſequuntur,
Gratia ei æternas meritò debetur ad horas.
Iam quia fatali Iſaidæ fuit agnita caſu
Et morum probitas, formæq; pudica uenuſtas,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Lege decente procus tœdas hinc illius ambit
Matronæ, unde ſuos ſubito hac ratione miniſtros
Mittit, eam hi domino ſocialia fœdera poſcant.
Ipſa uidens fato ſua nunc connubia poſci,
Quinq; uiæ comites famulas ſibi iungit, & arcem,
Qua manet Iſaides, adit, & licito ambit honorem
Ordine connubij, gaudetq; iugale paciſci
Fœdus, & hoc lætos cum coniuge tranſigit annos.
Verum aliam Iſaides etiam uxorem accipit heros,
Achinoën dixit quam nomine turba penatum.
Hæ res diuerſa ſic dum ratione geruntur,
Incola Ziphee iunctæ regionis eremo
Proditor Iſaiden abſconſum ualle recenſet,
Hachila quæ priſcis eſt nomine dicta colonis.
Vnde uiros ter mille legit qui robore pollent,
Arteq; bellandi, quorum munitus eremum
Agmine Zipheam petit, hac ui cœdat ut hoſtem.
Diſcit Ießides Regem aduentare, uiamq;
Nocte ſilente, manent eius quà caſtra, capeßit.
At ſic antè parat quam tale ſubire periclum
Saruiadæ, Hethæoq; uiro eſt hæc uerba locutus:
Armat utri ueſtrum præſens ſua robora uirtus,
Ne mecum belli ſortem tentare recuſet,
Audentes fortuna Deo ductore iuuabit.
Caſtra petam hoſtili munita furore, profundam
Cum nocturna dabit terris caligo quietem:

Hæc

Hæc eget auxilio res, quem ueſtrum armat, & ætas
Iunior, & uirtus, ſpecimen nunc edat, & unà
Caſibus his auſit ſe credere, meq; ſequatur,
Audentes fortuna Deo ductore iuuabit.
Huic Abiſais ait, cui mens generoſa miniſtrat
Robur, & inſignem quem fortia laude loquuntur
Facta uirum: ire iubet quo te fiducia mentis,
Perge ſequar quocunq; uocat te fata uel ardor.
Nulla duobus enim ſe tanta pericula tollent,
Audendi ut non autor eam per tela, per hoſtes.
Vnius ergo uiri ſe robore munit & armis
Huius Ießides, & quà uia proxima, caſtris
Imminet, & fato ducente ſuperuenit hoſti.
Caſtra ſubit, uigilum cuſtodia nulla moratur
Inſidias, impune gradu uolitante per umbras
Ambo Dei nutu tentoria regia tangunt.
Neridenq; ducem, Regemq; quiete ſepultos
Et circùm omne uident ſomno indulgere profundo
Vulgus, ea omen habent læti ſpectacula fati.
Exhibet hæc auſis ualidas occaſio uires,
Spemq; dat ambobus, menteſq; ſerenat, & auget
Robur, & eſſe Deo probat hæc conamina curæ.
Hinc Abiſais, ubi uotis data plena facultas,
Dixit Ießidæ, Deus annuit ecce quod optas,
Hoſtem cæde tuum datur hæc impunè poteſtas
Mactandi, ergo ſinas tentare quod impetus urget,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Et quod fata ſinunt , Regem uiolentius haſtæ
Ictu traijciam, & demittam cœde ſub umbras.
Corpus inerme ſimul penetrans terrã hauriat ictu
Cuſpis ahena, cruorq; leues effuſus in auras
Extenuabit, & exhauſto ægram robore uitam
Egeret , impedient et nulla pericula cœdem .
Talia conantem contrarius ore moratur
Iſaides hac uoce : caue dare Regia leto
Corpora ui, pictas obſtet crudelibus auſis.
Hunc autore Deo niſi mota pericula perdent,
Aut quæ ſpõte uenit, mors huic ſua lumina claudet,
Aut cadet aduerſi fatali Martis ab ictu,
Me Deus oro regat, mihi ne tàm dira uoluntas
Surgat, ut inſidijs, aut ui mactare monarcham
Auſim, regna Deo qui dux autore gubernat.
Tu monumenta rei modo tolle latentis & haſtam,
Et ſcyphon aſtantem Regi, quem ſomnia uerſant.
Hoc auctos ſpolio fuga ducit tuta per umbras.
Nemo uiam occludit, cuſtodia nulla moratur,
Omine diuino ſopor hoſtes altus habebat.
Iam ſua longinquo greſſu ueſtigia figunt,
Aſcenſuq; iugis celſi, (mora nulla,) propinquant
Montis, ad aërei & faſtigia uerticis aſtant,
Iuſultantq; uiris clamore quiete ſepultis.
Ipſe iugo Iſaides ſummo ſtans Regie cuſtos
Abner

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Abner ait, ſepelit cur ſomno ignaua profundo
Membra ſopor, cui maieſtas ſe regia credit ?
Illane digna uiro ſocordia, tantà ne mentem
Sollicitudo tuam tenet, illane cura tuendi
Regem? te ſecura quies cur occupat alto
Somno, cum Regem uiolenta pericula uerſent;
Illæſam ſperat qui te cuſtode ſalutem,
Et ſecurus agit placidam per membra quietem ?
Nocte quid excubias oculi ſeruare recuſant ?
Semper habent uarias nocturna pericula cauſas.
Non uirtute parem tibi quenquã, aut laude ſecundũ
Eſſe putas, Regis nec cui maiore fide ſit
Cura ſalus, & , ſint cum ſumma pericula, ſtertis,
Inſidias arcet tua nec cuſtodia Regi ?
Haud ea crede leues pœnas ſibi noxa meretur,
Quam diuina graui poſcet te clade poteſtas.
Inſidiator adeſt, nullo & cuſtode repulſam
Paſſus adit Regem, ſpoliator ut exuat armis,
Et uita, cœdem qui nunc impunè minatur.
Auro quære grauem pateram tu regis, & haſtam;
Sublatamq; dolo te res utramq; docebit.
Talia Ciſsides geminantem uoce Dauidem
Agnoſcit, licet umbra uetet nocturna notari.
Vnde tuosne ſonos ait auribus haurio fili
Iſaide ? qui ſic alias orditur, & edit
Voces : cur odio regni me præſes, & armis

 Inſeſtas?

Inſeſtas, & cœde paras abolere merentem
Tale nihil ſtudio tua nomina labe notandi,
Aut adfectandi, quo te Deus ornat, honorem?
Inſidias mihi . uimq; paras, odioq; fatigas
Sponte, tuam læſi non ullo crimine famam,
Aut uitam, inſidijsue tui decus ambio regni.
Quòd ſi forte Deo inſultas autore Dauidi,
Huic decet accenſam ſacra uictima mitiget iram,
Quæ latet, & ceu fomes alens incendia feruet.
Sin hominum inſtigat uerbis te lingua doloſis,
Hos ſua pœna manet, certa quæ lege propinquet.
Me Deus, inſidias uis cum parat, adſerat oro.
Inſequeris bello, quem robur inerme tuetur.
Quàm facile eſt pulicis uitam mactare moleſti,
Vt patitur quondam inſidias innoxia perdix,
Sæuus auem accipitrem ſeu prædã adfectat inermẽ?
Haud ſecus exercet tua me acta furore Tyrannis.
Inſidijſq; dies, ac noctes retia ponit.
Poſt hæc ille ſilet, Ciſsides talibus infit:
ô Dilecte meam deteſtor, & improbo culpam
Fili, iuſticiæ autorem hæc te facta fatentur,
Quòd tua, cùm poſſet dare leto, dextra pepercit,
Iuſta licet cœdem nil edere cauſa uetaret.
Pœnitet admiſsi me corde dolente furoris,
Doq; fidem me pòſt fore mitem, & pacis amantem,
Et tibi nulla nouo nocitura pericla tumultu.

Hæc

Hæc poſt dicta ſilet, Cyathum hortabatur & haſtā
Huc miſſo puero ſpolia ut ſublata reportent,
Iſaides, Regemq; hac unà uoce premebat:
Iuſticiæ Deus autor ut omnia facta rependit,
Sic mihi ſpes oritur diuini magna fauoris,
Qui non cœde manus fœdaui, hoſtemq; peremi
Te, data cum uires præberet, opemq; poteſtas.
Ergo tuæ hac uitæ ut mea dextera luce pepercit,
Sic Deus ex omni me caſu liberet oro.
Dixit, & ad ſua cum ſocio ſe caſtra recepit,
Saul tali ingentes coquit anxius omine curas,
Accenſoq; odij non uri deſinit æſtu.
Ad conſueta redit loca, nec nunc pacis it autor,
Sed uelut antè uiam inſidijs meditatur, & artem,
Qua uis extinguat manifeſta, doloue Dauidem,
Curis ſollicitans ſeſe hæc qui mente uolutat:
Nì uigil inſidias uitem, quas ira minatur
Regia, tempus erit quo me furor obruet armis.
Ergo Philiſteis mea iungere tutius alis
Robora, & exanimem metuenda pericula Regem
Reddent, atq; iræ rabiem deponere cogent.
In diuerſa ſecat mentem huic formido pericli.
Vtram incerta uiam mens eligat ambigit eius,
Regem donec Achim dominantem Gethidos oris
Terræ cinctus adit ſexcentorum agmine forti
Forte uirum, experti qui ſæpe pericula bello,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Et uirtute ualent, crudi Mauortis & uſu.
Huc comitante domo migrat, ducitq; iugalis
Fœderis huc ſocias, ius hoſpitijq; precatur,
Et cùm Rege manet, Getheamq; incolit urbem.
Hoc ubi Saul didicit famæ rumore loquacis,
Illum inſectandi bellis elanguit ardor,
Damnoſum rabies patitur deriſa pudorem.
Detegit hanc cùm ſollicido rem fama Dauidi,
Sic adfatur Achim Regem, auxiliumq; precatur:
ô propriæ nobis Rex unius annue ſedem
Vrbis, ut hoſpitij maneant hac iura penates,
Tædia ne Regem te ſæpe moleſta ſequantur,
Aut diuturna grauent te crebro incommoda damno.
Nos urbem multi ſi tecum habitamus eandem.
Me tua dignatur ſi regni parte poteſtas,
Noſtros oro lares alia des urbe morari.
Rex precibus cedit Sicelegidaq; annuit urbem,
Et propriã dat, ut Ießidæ hanc domus incolat hæres.
Vnde ſequente manet pars regni tempore Iudæ.
Annua dum lento ſignat ſol tempora motu,
Et uicibus dum luna ſuum implet quatuor orbem,
Aduena Ießides tenet æquis legibus urbem,
Qui Geſſuræas, Gezreaſq; agmen in oras
Milite ſtipatam patrio dux armat, & urbes
Expolians opibus premit harum cœde colonos.
Amalechitæos etiam armis edomat hoſtes,
Victor

Victor agens amplam captiua per oppida prædam.
Nec tantum exuuias cumulat ſpolio autor opimo,
Sed cum fœmineo ſexu genus omne uirorum
Obtruncat, pecudeſq; abigit, gazaſq; ſuperbas
Et precij ueſtes magni ſpolia ampla reportat.
Exuuias Rex quærit Achis petat unde frequentes,
Cui reſponſa dat ille: auſtro qua proxima tellus
Eſt Iudea, redux ago dites inde rapinas.
At cur captiuo uitam donare recuſet
Iſaides uulgo, ratio urget plena periclo.
Proditione palàm fiant ne facta ueretur,
Si cui parcat, opes cui uictor ademit auitas.
Inde uiros, & inerme genus ferro omne trucidat
Matronas, teneroſq; mares, miſeraſq; puellas.
Illo fallit Achim prætextu aſtutia Regem
Iſaidæ, ipſe ſuis odio quem credit haberi
Gentibus, eſſe putat, ſecum dum uita ſuperſit,
Manſurum, ut iuga ſuſtineat data more miniſtri,
Sed fati ignaram huic ſua fallit opinio mentem
Forte Philiſteæ noua gentes bella parabant,
Armatis premerent ut Iudæ uiribus urbes.
Rex Achis Iſaiden iubet, illiuſq; cohortem
Armari, & ſecum infeſtas inuadere gentes
Iſraëliticas, quas debellare cupido.
Eligit hunc uitæ tutorem, ac præficit armis,
Credit & huic reliquam celanda negotia turbam.

Iam quoniam Elcaniden uatem uitalibus auris
Improba mors orbârat, & euentura peritos
Diuinare magos Saul Iudæ eierat oris,
Quem uentura roget, ſectandaq;, nemo ſuperſtet.
Edocet armari crudeles fama Philiſtas,
Vnde ſuas turmas Gelboen ducit ad urbem,
Et, quoniam inuicto muniri conijcit hoſtem
Præſidio, ſæuam tanti uim roboris horret.
Hinc reſponſa Deum poſcit, quibus omina diſcat
Edoctura ſecuturam noua prælia finem.
At uox nulla docet ſortem diuina futuram.
Nulla uiam pandunt ſectandam oracula uatum.
Nulla Prophetarum uox, ſomnia nulla reuelant,
Bella Dei nutu noua quæ fortuna ſequatur.
Vnde, uelut Stygius Python quæ calleat artem
Funnere functorum manes excire ſepulcris,
Quæri iuſsit anum, magico quæ murmure tumbis
Euocet Elcaniden, quo uate futura requirat.
Illa ueneficio ſe docta probare magiſtram
Ore ciet magico è tumulis ſimulacra Prophetæ,
Quæ ſimul obtutu notat ipſa, exterrita uiſu
Ocyus exclamat, Saulemq; hac uoce fatigat:
Hei mihi cur alium ſimulas, quem uera fatentur
Regem ſigna, magos qui Iudeæ eijcis oris?
Huic Rex: cur uani trepidas horrore pericli?
Pone metum, illa nihil portendit uiſio pœnæ.

Ipſa

Ipſa: Deos imis ego terræ exire cauernis
Proſpicio, & diro concuſſa cohorreo uiſu.
Cerno uirum impexã qui barbã, & tempora canet,
Corpus obit pulcro cui ſerica ueſtis amictu.
Hoc Saul indicio Samuelis conijcit umbras
Eſſe, precantis humum geſtu facie unde premebat,
Quem ſic alloquitur ſurgentis imago Prophetæ:
Impie Rex magico turbare furore quid audes
Manes, cur uiolas defunctis morte quietem?
Huic Rex attonitus non uiſæ uocibus umbræ
Reſpondet: nimio me ſors inimica periclo
Verſat, opẽ hoſte negat Deus arma mouẽte Philiſte,
Quem fore nulla mihi tutorem oracula ſpondent.
Hæc adigit me cauſa tuos excire ſepulcro
Manes, edoceas tu quæ fortuna ſuperſit,
Et ſit utram gentem læto ornatura triumpho,
Congrediar ſæuis impar ſi Marte Philiſtis.
Dicta dat huic Samuel: uentura quid impie uatem
Me rogitas? ſat nota tibi diuina uoluntas.
Te Deus elegit reiecto Rege Dauidem,
Hunc teget, auxilio te nullo armabit in hoſtes.
Quin & Iudeam ſinet ob tua crimina gentem
Hoſte pati infeſtos armis graſſante furores.
Non Amalechitas tua ui, ceu debuit, hoſtes
Funditus aduerſo deleuit dextera bello.
Te merito nunc pœna nefas ob tale fatigat.

Craſtina lux ſparget radios cum reddita terris,
Te, gnatoſq; tuos ſedes mecum una tenebit,
Funereq; infeſto uiolenta pericula mergent.
Haurit ut aure minas, & fata miſerrima uitæ
Saul ceu deliquium patiens expalluit artus,
Et collapſus humi moriente uigore iacebat,
Longa fatigârant ſiquidem ieiunia uires.
Toto fracta die non uictu robora fouit.
Vix magicæ ſuaſu mulieris mutat amorem
Languida membra fame mortem celerante necandi,
Donec eum cogunt moti pietate miniſtri,
Vt feſſas reuocet Cereali munere uires.
Artis anus magicæ ſpecimen quæ tale peregit,
Huic uituli carnes, quas coxerat antè, miniſtrat,
Et patrio coctas depromit more placentas.
Sic ubi ſæua fames dapibus placata quieuit,
Caſtra gradu repetit uolitanti nocte per umbras
Rex, comitum quem præſidio agmen munit euntem.
Ad ſociam rediȷt iam turmam, caſtra phalangas
Hoſtiles Aphecen mouiſſe notabat ad urbem,
Iſaidenq; ducem poſtremo proſpicit alas
Ordine munitas armis agitare coruſcis.
Rex Achis armari hunc unà quia milite iuſsit
Cum ſocio, quod ubi ductores agminis huius
Obſeruant, Regi indignantes talia fantur:
Vnde phalanx Ebrea, iuuat cur iungere caſtris.

Quos maniſeſta probat ratio hoſtes eſſe Philiſtis,
An non nota mouet cœcam uictoria mentem
Iſaidæ, cecidit quo tunc autore Philiſtes
Cœde gigas, cùm nos ſpes palmæ immenſa ſecabat?
Ergo remitte tuas hac illum luce ſub oras,
Proditione, doloue labor ne cœpta ſequatur
Durus, & hæc ueniat ſerò mutare uoluntas.
Hæ licet obſtet Achis, duce quo gerit arma, Dauidē
Ire minæ cogunt ſolitamq; reuiſere ſedem
Milite cum ſocio, cuius ſe munijt armis.

Tertia lux umbras terris remouebat opacas,
Turba redux portis Sicelegidos imminet urbis,
Obuia fama refert incendia ſparſa per altas
Hoſte domus autore, premat qui cœde colonos,
Et prædas agat, ac nulla remorante fugam ui,
Captiuasq; trahat miſera cum prole parentes.
Hæc nimio Iſaiden exercent nuncia luctu,
Obruere ardet eum quia patrius incola ſaxis,
Quòd deſeruerit tutandam uiribus urbem,
Raptam quiſq; dolet dulci cum coniuge prolem
Dum foris arma gerat nec ui dux arceat hoſtē.
Hic uicto uires generoſa dolore Dauidis
Haurit, & accendit ſeſe in noua prælia uirtus.
Hoſtis agens prædam externas penetrârat ad oras
Signa Deum poſcit finem doctura futuram
Cœpti, terga premat ſi dantem protenus hoſtem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Vox audita Dei felicia prælia ſpondet,
Et monet, ut quà fama uolat ueniſſe, ſequatur.
Sexcentûm ille uirûm ſe præſidio armat in hoſtes.
Et ciet ad fortes ingenti robore pugnas.
Non generoſa moras patitur mens, impetus omnes
Vnus agit, quà fata uiam dat, quàq; uocat ſors.
Iam uada tangebant liquidi alta Beſoris anhelo
Robore, ducentos tranſire fluenta moratur
Languor, onus quia membra uiæ laßârat eundo.
Cœtera turba ruunt, quà ui rapit ardor in hoſtem.
Quem dum ueſtigant diuerſa per auia, fato
Hâc errare uirum cernunt, cui patria tellus
AEgypti regio eſt, triduo qui paſſus acerbo
Caſu damna ſiti, ac ieiunia triſtia languet,
Vnde cibum, foueat quo robora feſſa, miniſtrant.
Huic uitam donare fidem ſe uelle dabat Rex,
Si quà raptorum ſcelerata caterua fugam det
Edoceat, ſectanda uiæ & ueſtigia monſtret.
Indice dux illo incautos ueſtigat, & armis
Obruit, & pœnas expoſcit cœdibus hoſtes.
Cum ſpolio uitam fuſis certamine turbis
Eripit, abductas & magno robore prædas
Vindicat, exuuiaſq; & læta traphæa reportat.
Captiuas etiam nuptas, & uulgus inermum
Auxilio redimit diuino, atq; adſerit heros.
Iam reduces tetigêre locum, quo caſtra locârant

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Antè uiri ad ripam fluuij, quos debile robur
Impedijt, ne, quà ardor erat, penetrare ualerent.
His aliqui prædis turbæ, exuuijsq; potitæ
Duro deberi communes ore rapinas,
Exuuiasq; negant, domito quas hoste reducant.
Non eadem ſint hi diſcrimina ferre quòd auſi,
Vxores reddi, ſobolemq; ſat eſſe loquuntur,
Cœtera nulla modis communia diuidat æquis.
Quòd timor impedijt concurrere uiribus hoſti.
Victores fas eſt ſua præmia magna ſequantur.
Non, qui uitarunt ignaui prælia (clamant.)
His dux Iſaides non æquis obſtrepit auſis,
Et dat quæſitas communia commoda prædas.
Quæ pòſt æterno ritu lex durat, & uſu
Iudeæ ducibus, parit hæc ſi quando triumphos.
Iam prædas ſocios partiri cœpit in omnes
Dux: meliora uiris, quorum albent tempora canis,
Et conſanguineo ſibi iunctis diuidit ortu.

Interea ſæui Iudæ cum Rege Philiſtæ
Conſeruere manus, & ui peperere triumphos.
Et Saul occubuit pariter fatalibus armis,
Treſq; modo illius diuerſo, ac funere gnati.
Aduerſo uitam gnati ſub Marte relinquunt,
At pater accepit iaculi cum ſaucius ictu
Vulnera ſe perimi demens proprio enſe iubebat.
A ſæuo abſtinuit ſed ſe pius armiger auſo,

Vnde

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Vnde necem intentat ſibimet mucrone cruentam.
Et ſuper incumbens uitam , uitæq; dolores
Finit, obit tali miſerandam funere mortem.
Rege iacente fugam gens acta timore capeßit,
Quam trux inſequitur fugientem, ac cœde fatigat
Victor, & innumeras fuſo edit ſanguine pœnas.
Hoc ubi fama uiris gelidi trans Iordanis amnem
Detegit, & qui trans uallem ſua rura colebant,
Quæſitis patrias linquunt cum rebus, & urbes,
Occupat has illo uictor migrante Philiſtes.
Altera lux phoebi redit ortu ſparſa per orbem,
Cæſos exuuijs hoſtes ſpoliare Philiſtæ
Adſunt, & Saulem, taboq; cadauera gnatos
Squallida monte uident, Gelboën fama uocauit.
Expoliant armis Regem, & ceruice reuellunt
Illius enſe caput, patrias mittuntq; per urbes.
Aſtarotho arma rei monumentum regia ſacrant
Idolo, exuuias è muro corporis alto
Vrbis ſuſpendunt, patrius uocat incola Betſan.
Hanc Gileaditæ cùm rem didicere coloni,
Hi Betſanæos inuadunt nocte colonos,
Regis uiq; ſui, & gnatorum corpora tollunt,
Allatiſq; ſolo in patrio dant oßibus urnam.

Finis libri primi.

LIBER SECVNDVS Samuelis.

AMalechitæo domito dux hoſte redibat
Forſan Ießides Sicelegida uictor ad urbem.
Se mora iam bidui lapſis exegerat horis,
Tertiaq; orta ſuos uultus aurora rubebat,
Improuiſus adeſt en nuncius omine læuo,
Sparſus humo crines, laceroq; indutus amictu,
More, dolent fato qui res cecidiſſe ſiniſtro.
Agmina fuſa refert patriæ qui gentis, & omnem
Spem lapſam triſti reparandæ clade ſalutis,
Præterea Regem memorat cecidiſſe ſub armis,
Et gnatos illius, & innumerabile uulgus,
Et ſæuire truces animis crudelibus hoſtes.
Indicio Iſaides triſti concuſſus, eam rem
Nunciet unde rogat, ueri quæ ſigna loquatur,
Indice quoue ſciat, Regem, gnatoſq; peremptos,
Et fuſam aduerſo patriam certamine gentem.
Ille uiam caſu montana per auia legi
Aduena ait, miſcebat ubi Mars prælia pugnis,
Forte fatigabant tàm ſæua pericula regem,
Spes ut nulla fugæ, lapſæ eſſet nulla ſalutis.
Vnde ſuam perimi me uitam autore uolebat
Hoſtilem metuens uim, quæ data terga premebat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Ipſe ſtupore licet tremerem, ac formidine pœnæ
Cædibus à tergo ſtabili quæ lege propinquat,
Ne tamen exitium, ſi dira capeſſere nollem
Iuſſa, pati infeſto miſerabile cogerer ictu,
Eripui iuſſo trepidantem huic uulnere uitam,
Armillamq; decus quam nobile læua gerebat,
Et diadema tuli nullo regale periclo
Exuuias, quas dona tibi placido accipe uultu,
Te cumulare ducem ſiquidem ultrò talibus adſum.
Hæc edoctus Ießides ceu uera dolores
Haurit, & immenſo ſua luctu corda fatigat.
Et de more, coquit quos anxia cura, uirorum
Veſtimenta manu lacerat, triſteſq; querelas
Ingeminat, cuius ciues exempla ſequuntur.
Fataq; communi mœrore miſerrima plangunt,
Non niſi ſera quibus ieiunia ueſpera finit,
Tantus ad ima dolor penetrat præcordia luctu.
Interea ſecura necem mentitus iniquam
Aduena corda gerit, nec pœnæ horrore tremiſcit,
Quæ uenit, & tacito pede turpibus imminet auſis.
Cædem nequicquam ſimulatam cæde piari
Dux iubet Iſaides, obeunt data iuſſa miniſtri,
Quorum unus ſtricto ferit illius ilia ferro,
Et pœnam exequitur, quam talia facta merentur.
Occupat æterno mors huic ſua lumina ſomno.
Sic necis it ſibimet miſerandæ hic maximus autor.

Inde

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Inde dat indici luctus mandata colonis
Princeps Iſaides, communi funera planctu
Regis, & illius gnatorum defleat omnis
Incola Iudeæ, & minitantem triſte ruinam
Exitium patriæ, niſi uim diuina poteſtas
Hoſtilem compeſcat, opemq; petentibus adſit
Iudeæ, hæc agitet quos nunc fortuna, colonis.
Præcipit & populum hæc dux cãtica ſancta docere.
Vndiq; quæ luctus audita loquantur acerbos:
ô diro experiens Iudæa pericula caſu,
Occidit heroum flos triſti morte tuorum.
Montano cecidere iugo, dum bella gerebant,
Exitio merſit quam mors miſerabilis illos?
Quos uirtus armabat, & haud trepidare ſinebat,
Aduerſo caſu quoties fortuna premebat.
Hæc aperire uetat ratio ullis Gethidos oræ
Indigenis, non hæc etiam Aſclonis incola diſcat
Indice te, patriam cui ſedem Iuda miniſtrat.
Nata tuo exultet ne gente Philiſtile pubes
Exitio, & gnatam tangat cum matre uoluptas,
ô iuga Gelbões, uos roridus humor & imbres
Deficiant, uobis ſterileſcat ut uber agrorum,
Hîc quia ſublato clypeo Saul concidit heros,
Hunc quaſi maieſtas ſit nulla ſecuta, nec ullo
Nomine claruerit, quo regia digna poteſtas.
Magnanimos aduerſa uiros hîc pugna ſubegit

Exuuijs

Exuuijs ſpolians, & ademptæ lumine uitæ.
Nunquam non Ionathæ eſt iaculorum ſanguis ab ictu
Tèla ſecutus, opus belli anceps quando ſubiuit.
Saulis & enſe cruor per uulnera facta uigorem
Emanans uitæ uacuas tenuauit in auras.
Horum dum membris robur uitale manebat,
Morum, animiq; decus referebant dotibus amplum.
Anteibant aquilas curſu, uirtute leones,
Quos nece defunctos celebrat quoq; gloria famæ.
Vos agite ô Natæ Iudæis matribus ortæ
Morte pio extinctum planctu lugete Monarcham:
Purpereo uiuens qui uos decorabat amictu,
Ornamenta dabat qui uobis aurea dono,
Vt decore augeret formam hoc natiua uenuſtas.
Hei mihi magnanimos heroas ut obruit armis,
Vt ſuper excelſo Ionathan uis ſæua peremit
Monte, mori extincto cui corpore gloria meſcit!
Huius ego indignam ceu fratris lugeo mortem,
Tàm mihi ſuauis erat pietas uiuentis amici.
Dulcior huius erat mihi gratia, menſq; fidelis,
Quàm me ſi qua modo conceſſo fœmina amaret.
Heu quàm ſæua uiros merſere pericula leto,
Quorum præſidio ualuit cuſtodia regni.
Hac ruit humanæ ratione potentia uitæ.
Hæc ubi Ießides, quo debuit, ordine geßit,
Vrbem autore Deo petit & ſedem elegit Hebron
Commi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Commigrante domo ſociæq; cohortis eòdem
Agmine, ut his habitent ſecũ oppida condita terris.
Vnde frequens illis coeunt gens ocyus oris,
Iſaidenq; creant fatali lege Monarcham,
Qui Gileoditas cùm Sauli comperit urnam
In patrio tribuiſſe ſolo, cùm concidit ictu
Ferri, continuò ille uirum urbi mittit Iabæ,
Hæc ſua qui iuſtis pandat promiſſa colonis:
Grata Deo pietas ô ciues ueſtra meretur
Præmia, & haud unquam famæ morientis honores,
Compoſitas tumulo quoniam uoluiſtis honeſto
Exuuias paßi letalia uulnera Regis.
Iuſticiam hanc autore Deo ſua magna manebunt
Præmia, & ipſe memor meritis pia facta rependã.
Me ſucceſſorem creat en diuina poteſtas,
Et caput imperij, uos ergo fauore ſequetur
Gratia magna meo. ſortem ſperate ſecundam
Auſpice me, rerumq; ſtatu meliore ſalutem.
Præmia pro meritis hæc uos auguſta ſequentur.

Interea Isboſethen Nerides eligit armis,
Imperioq; ducem, nec Regem agnoſcit Iudæ
Iſaiden, cui ſola gerit gens ſubdita morem
Iudeæ, reliquas Saulides occupat urbes
Neridæ auxilio, qui bella gerenda regebat,
Prælia Cißides quoties aduerſa mouebat.
Quatuor Isboſethes decies exegerat annos,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Illicitum imperij eſt dux cùm ſortitus honorem.
Bis reuocatur hyems, bis torrida labitur æſtas,
Huic ui dum regni manet adfectata poteſtas.
Iſaides ditione tenet dum præſes Iudam
Septem ſe uicibus uertit celer annus in orbem,
Biſq; renaſcenti ter luna redintegrat orbes
Lumine, & alternos defectus paſſa laborat.
Nerides ductore mouet ſæuo arma tumultu
Saulides, & ut hoſtem infeſtat Marte Dauidem
Aduerſo, & ſua caſtra locat Gibeonis ad urbis
Portas, eſſe ferunt piſcinæ ubi ſtagna profundæ.
Aduerſam Ioabes aciem inſtruit, obuiaq; heros
Agmina præſidio peditum munitus, & armis,
Viq; equitum magna periurum ducit in hoſtem.
E regione cient geminæ arma potentibus alæ
Auxilijs aduerſa, minis pugnaſq; laceſſunt.
Sorte pares numero iuuenes, belliq; peritos,
Roboreq; armatos utrinq; legi autor erat dux
Nerides, ſoli qui Martia ludicra tentent.
Sic lecti iuuenes ex agmine utroq; pares ui,
Et numero exacuunt in prælia mutua uires
Bis ſeni, alterno qui ſeſe Marte fatigant,
Alter & alterius defigit in ilia ferrum,
Vulneribuſq; cadunt paribus, uitamq; relinquunt.
Hinc monumenta loco geſtis inſignia rebus
Conſtituunt, tantiq; notas certaminis addunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Pugna ſecuta grauis fuit hæc exordia belli,
Mouit & ingenti concurſu prælia Mauors.
At Ioaben fortuna iuuat, quam fata gubernant,
Et ſinit optatos acquirere Marte triumphos.
Victor is ergo fugat, captoſq; internecat hoſtes;
Et parit exuuias, & claram nomine famam.
Robore Neriden Aſael inſignis & armis,
(Prodita quem Ioabæ germanum fama fatetur)
Et nihil inferior pernicibus alite curſu
Ceruis inſequitur, nullius & auſa pericli
Miſſa timore facit, nec uimq; , minaſq; moratur.
Vulnera nulla timet, ſequitur, quocunq; fugam dat.
Hunc licet admoneat deſiſtere turbidus hoſtis,
Exitiumq; uiro lacrymabile cœde minetur.
Abner ut ergo necem pugnaci robore uitet,
Cedere nolentem ualido haſtæ traijcit ictu,
Cuſpis ut emineat tranſacta, cruorq; ſequatur.
Ingens uulnus hiat, quo facto uita laborat,
Seq; uigore leues moriente repurgat in auras.
Aureus heſperias ſol iam ſua plauſtra ſub undas
Præcipitabat, agit pauor omnes agmen in unum
Neridæ ſocios, qui ſic exorſus ab alto
Eſt tumulo: quem pugna modum uiolenta ſequetur?
ô Ioabe, inſequeris cur iunctam ſanguine gentem?
Eſt cur cœde tuus ſaturari neſcius ardor?
Num gladius ſine fine tuus deſæuiet ictu

Funeraq; edendi nunquam ſatiabis amorem ?
Parce uiris eadem tecum quos terra creauit.
Dat Ioabes reſponſa: Deo teſtante fatebor,
Hæc ſi manè fores Neride incaute locutus,
Me ductore uirûm uos nemo laceſſeret armis,
Ducitis unius qui gentis origine uitam
Nobiſcum, laus eſt ortu concordia iunctis.
Hæc ait, atq; tubæ turmas clangore uagantes
Cogi curat, & abſiſtit cœdem edere pugnis.
Sic uires poſuit certandi accenſa cupido,
Eſtq; ſecuta neces poſt multas pugna quietem.
Vi tercenta uirûm, & decies ſex corpora leto
Miſſa ferunt Neridæ ex agmine fuſa ſub armis.
At uictoris ab aduerſo cecidiſſe tumultu
Viginti ſocios, nec plures fama fatetur,
E quibus illuſtrem uirtute, domus & auitæ
Vnum Aſaëlem ortu monumentis more paternis
Mandant, pro meritis huic patria debet honorem.
Diſsidio longo domus utraq; bella gerebat,
Arma Dauideæ Saulea frequente tumultu
Poſteritas inferre parat, ſed paſſa ruinam
Fato, Neride duce dum gerit, arma quieſcit.
Pellex Saulis erat (Reſphan dixere penates,)
Concubitu illius turpem ſolatus amorem
Abner ob obſcœnos Saulidæ carpitur ignes
Isboſethæ, indignans qui turpe redarguit auſum!
Hæc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Hæc ægrè impatiens Nerides litis & iræ
Iurgia iuſta tulit, cauſamq; ſecutus inanem
Illum deſeruit ſtudio periurus iniquo.
Regem ſollicitat per nuncia miſſa Dauidem,
Fœdus inire piæ ne pacis amore recuſet.
Conditione fidem dat fœderis ille futuri,
Si Micholen (quæ prima ſibi eſt data nupta marito)
Adducat comitem, fore ſeſe ſpondet amicum,
Isboſethenq; ducem de re compellat eadem,
Miſsis ut referant illi ſua uota miniſtris,
Saulide uxorem qui ſecum dante reducunt,
Quã ſuus ora rigans lacrymarum humore maritus
Conſequitur (dederat genitor cui fœdere nuptam
Ereptam Iſaidæ) ſed qui monitore reflectit
Neride greſſum, ac luctu comitante penates
Mœſtus adit, longoq; terit mœrore dolores.
Prætерea ultor eat ſimul illo nomine pœnæ,
Quam dedit Isboſethæ patiendo iurgia, & iram
Abner, honore uiros auguſto ætatis, & uſu
Rerum præcipuos adfari talibus infit:
ô patres canæ uenerandi laude ſenectæ,
Sæpe quod antè bonum nequicquam ardente petiſtis
Voto, nunc fato ſortiri impunè poteſtis.
Quem Deus imperij dignetur honore uidetis,
Quæq; det huic promiſſa, quibus rationibus adſit,
Quem caput eſſe uelit regni totius Iudæ,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Fama fidem uobis iam non dubitanda meretur.
Ergo cauere iubet mala, ſi qua, futura, uoluntas.
Quæ, non Iſaidæ ſi ueſtra potentia cedet,
Euenient, iuncti tutam illum expoſcite pacem
Fœdere, res damnis eſt plena reſiſtere fato.
Conſilio parent, magno & ſuffragia ciues
Dant ſua conſenſu, uiginti ſorte leguntur
Continuò, qui Neriden comitentur euntem
Huc, ubi Ießiden regali ſede morari
Norunt. Optatas portas, ac tecta ſubibant,
Compellat tali Nerides uoce Dauidem:
Propoſiti Rex magne mei memor accipe ſummam,
Auxiliumq; nouis, ac uires annue cœptis.
Agmine denſatas populi cogam undiq; turbas,
Vt tecum unanimi ſua fœdere robora iungant,
Suſtineantq; tui, ceu fas eſt, uincula regni,
Teq; ducem, quocunq; uocet fortuna ſequuantur.
Conditione petit quæ tali ille omnia ſpondet,
Et iubet omne locum cito cogi uulgus in unum,
Vt leges ineant firmandi fœdere pacti.
Optato exultat reſponſo abitumq; parat dux,
Se patriæ Abner equo ut uolitante reportet in oras.
Sed fatalis iter celerantem cauſa moratur.
Ipſo abeunte uenit Ioabes & onuſta rapinis
Plauſtra uehit ſecum, cæſos quibus exuit hoſtes.
Qui cùm Neriden dimiſſum impunè merentem

Pœnas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Pœnas audiret, reuocarī mandat eundem.
Hic nil inſidias ueritus cùm uenit in urbem
In medio portæ Ioabæ ſimulantis amicum
Alloquium gladij manus illum traijcit ictu,
Fraternamq; necem necis autor uindicat armis;
Germano ſiquidem uitam Abner ademerat huius.
Hanc cœdem Iſaides ubi comperit, illius auſi
Me non eſſe reum tua maxime rector olympi
Numina teſtor ait, nec me manet ultio facti.
Autorem ſceleris tanti ſua pœna ſequatur,
Poſteritas eius ſecum quam ſanguine pendat,
Hanc diuerſa lues morborum exerceat omnem,
Atq; animæ ante diem expoliet uitalibus auris.
Lepra fatiget edax graſſante dolore minores,
Et maleſuada fames, & plena laboris egeſtas,
Illiusq; inimica domum uis cædibus angat.
Diri nulla quies ſit, nulla medela doloris.
Hæc ait, & Ioaben, procerum, uulgiq; coronam
More grauem caſum lugentum ſcindere ueſtes,
Et uelare iubet ſquallentia corpora ſaccis,
Ac deflere pio Neridæ funera planctu
Hortatur, luctumq; ſuo exemplo ipſe laceßit,
Dumq; uiri exuuias buſto dant, iuſtaq; curant,
Ora rigat lacrimis, gemituq; doloris obumbrat
Signa pij, in morem hunc luctu gens tota laborat.
Et planctu loquitur, uerſant quem corda, dolorem.

Præterea Iſaides dux hæc effatur in auras:
Nequaquam ceu morte cadunt, quos noxius error
Conijcit in pœnas, Neride fata ſubiſti.
Palmas nulla tuas, aut crura cathena ligauit
Ob ſcelus, infami uitam quo labe notâris.
Haud ullo meritus uiolentam crimine mortem
Occidis ante diem, ſed uulnere foſſus iniquo.
Has ipſo lacrymas, ipſo has geminante querelas,
Guttarum imbre magis genus irrigat omne uirorũ
Ora, uadis oculi quas plena lacuna profundit.
Finijt exequias elapſi ut temporis ordo,
Et lux clara diem ſummo diffudit olympo,
Structa petit populus regali prandia ſumptu,
Et cum Rege parat poſitis diſcumbere menſis.
At Rex antè dapes, quam terram ueſper obumbret,
Carpere uelle negat, tanto mœrore laborat,
Tanto ſollicitat mœrentia pectora luctu.
Argumenta docent populum illa carere Dauidem
Culpa, nec Ioabæ, ut Neriden funderet armis,
Autorem inſidias odio ſuadente fuiſſe.
Rumor ut Isboſethæ perculſi contigit aures
Neriden cecidiſſe dolo, uitamq; ſub umbras
Singultaſſe, pauor grauis huic præcordia tangit,
Omnis & ingenti gens ſuſtinet acta dolorem
Luctu, fata ducis plangunt lugubriter omnes.
Fama duos haud ficta uiros geßiſſe recenſet

Isboſethe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Isboſethe duce bella, ducumq; obijſſe laborem.
Nomine quorum unum Rechaben, unumq; Baënam
Dicunt, patre ſatos illos Remmone loquuntur,
Qui fuit (ut perhibent) Berothidos incola terræ,
Indigenas cuius memorant Gethaida quondam
Sedem linquentes patriam ueniſſe ſub urbem,
Hoſpitis in morem manſiſſeq; gentis ibidem.
Tum, cum uictores læuo didicere Philiſtas
Auſpicio, ac Saulem, gnatoſq; unà illius arma
Hoſtibus exuuias, uitam liquiſſe rapinam
Morti, quam belli differre potentia neſcit.
Vera ducis Ionathæ Saulidæ ex oſsibus ortum
Fama refert puerum, qui quintum impuber ut annũ
Attigit, huius auum, & genitorem hoſtilibus armis
Occubuiſſe ferunt, ſimul & fugiſſe ſub oras
Indigenam externas turbam Berothidos urbis,
Et nutricem unà pueri, morumq; magiſtram
Maturaſſe fugam, puer unde ſecutus euntem
Paruus anum ſubito fregiſſe pedum oſſa periclo
Fertur, præcipiti caſu dum uoluitur æger.
Sic alia ex alijs non rara pericula ſurgunt,
Saulæam iſta domum pœnis dum fata fatigant.

Feruet in orbe dies rapido dum ſolis ab æſtu
Isboſethæ ſubeunt ſomnis cuſtode ſepulto
Tecta ſati Remmone uiri, Cerealia furto
Dona petant, ipſumq; ducem indulgere profundo

Deprendunt ſomno, hæc diris occaſio uires
Exhibet inſidijs, ceu morte ſopore ſepultum
Obtruncant, atq; à collo caput enſe recidunt,
Maturãtq; fugã, atq; Hebro urbi nocte ꝓpinquãt
Et coràm Iſaidæ hac nequicquam uoce fauorem
Captant: ecce caput fatalem hoſtile rapinam.
Qui te ſæpe dolo, qui belli ſæpe tumultu
Preßit, & extinctum uoluit crudelibus armis,
Morte dedit pœnas, & crimina tanta piauit,
Diuino tandem nutu ſcelerum ultio uenit,
His euerſa iacet Saulæa potentia fatis.
Dat reſponſa, uirûm quo nemo potentior heros:
Saulem heröa neci mors cum uiolenta dediſſet,
Funeris autorem ſeſe mentitus iniqui
Vir mihi ſponte necis commiſſæ uenit ut index,
Pro facto expectans ſpe præmia forſan inani,
Morte mihi pœnas, cùm uera referre putarem,
Et Regem illius cecidiſſe furore pependit.
Grande ſit ergo nefas non uos etiam angere pœnis,
Compoſitum ſomno heröem quorum impius ardor
Suſtulit, in proprio is tecto dum membra quieti
Dedidit, inſidias uigili nec pectore cauit.
Hæc ait, & iugulo latronum præcipit abdat
Turba miniſtra ſuos capulo tenus acriter enſes,
Eripiantq; pio crudelem huic uulnere uitam,
Iuſſa parant ſubitò, ac defungi cœde miniſtri,

Quos

Quos necis autores damnoſa cupido fauoris
Prodidit, obtruncant palmasq; à mole, pedeſq;
Corporis enſe ſecant, & ceu monumenta propinquo
Piſcinæ fixere loco, quam continet urbs hæc.
At caput exequias ſectantum more ſepulcro
Isboſethæ Abnereo condunt, gemituq; dolorem
Teſtantur, quo fata uiri triſtißima plangunt.
Poſthæc omnis adit Iudeæ turba Dauidem
Gentis & obſtringit ſe Regi legibus æquis,
Et noua pacta ferit, ſeq; ipſi ſubijcit uni,
Vt decus imperij regat unus, & unus habenas.
Annus ut hunc tetigit lapſo trigeſimus æuo,
Huic primum incubuit rerum, ac regni ardua moles.
Præſidet imperio, decies dum quatuor annos
Temporis ordo fugam celerantibus exigit horis.
Hebro ſeptem annis regni decus urbe miniſtrat,
Et ſex exercens dominandi menſibus artem.
At Solymam ſedem regalem elegit ut urbem,
Triginta imperij hũc onus, et tribus occupat annis.
Totius Iſaides iam ſceptra regebat Iudæ:
Præſidio Solymam inuicto munitus ad urbem
Agmina peltatis ducit ſtipata cateruis,
Vt, uicina quibus ſedem exhibet ora, colonos
Inuadat, belloq; ſuperbas deleat urbes.
At Iebuſca minis uenienti inſultat, & armis
Gens Regi, ac tales murorum ex aggere uoces

Spargit à

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Spargit: opem quãuis ferat hæc tibi tanta poteſtas
Armorum, uia nulla tamen tibi pandet apertas
Portas, ſubijcias noſtram dominator ut urbem.
Dij, quorum colimus non uano numina ritu,
Et quorum ſimulacra uides extantia muris,
Hi nos defendent, hi mota pericula pellent,
Teq; prement domitum ſocio cum milite pœnis.
Vt nihil eſſe putes niſi nomen inane Deorum
Horum idola, uiriſq; pares hos corpore mancis
Credas, qui morbis cœci, claudiue laborant,
Robore nilq; ualent: tamen experiere laborem
Auſa ſecuturum tua durum autoribus illis.
Talibus ora minis horum Regem arma minantem
Infeſtant nequicquam, atq; irrita robora iactant.
Vana Deûm nitens fiducia uerſat inanem
Numine fictiliũ ſpem quos nil eſſe probat res.
Nam dux Iſaides Sioneam uictor & arcem
Occupat, & ſpolijs opulentos exuit hoſtes.
Illo magna die quia dona ſpoponderat heros,
His, qui uictores Iebuſæam robore gentem
Inuicto premerent, idolaq; lingnea Diuûm
Diriperent, circùm ſtatuit quæ plurima muris
Incola, ſpe fore præſidio horum à cœdibus urbem
Immunem, ac nequicquam uſurum uiribus hoſtem.
His accenſa uirûm promiſſis ardua uirtus,
Qui duce Rege parant Solymæ infeſtare colonos,

Armat

Armat in aduerſam præſtantia pectora turmam.
Horum ergo ancipites ope dextera regia pugnas
Incoat, atq; hoſtem præſenti Marte laceßit.
Obſidione uiros Iebuſeos cingit, & urbem,
Ac debellatis Sioneam ciuibus arcem
Occupat, ipſe ſuo hanc & nomine nuncupat urbem.
Hæc habitata duci quia pòſt est regia ſedes.
Extruit hinc magno ſumptu, qua circuit arcem
Ambitus, atq; extra domicilia Dædala muros
Ille, Deiq; potens ope regno euadit, & armis.

Rex, qui Phœnißã Tyron haud inglorius armis
Imperio tenuit, decus & moderamine legum
Iuſto rexit, amiciciæ teſtatus honeſto
Candorem ſtudio, & noua regna fauore iuuandi
Mittit Ießidæ cedros immunia morſu
Infeſtæ tineæ, nec odore ferentia blattas
Ligna, nec annoſam cariem. Rex inſuper idem
Artifices mittit uarias incidere formas
Saxis edoctos, fabramq; ſagaciter artem.
AEdificata manu ſunt horum regia miro
Tecta labore, iuuat Rex regem ſumptibus Hiras.
Colligit inde notas euentu teſte probatas
Iſaides heros, diuino accedere nutu
Robora tanta nouo imperio, ſe cuius habenas
Cœleſti regere auxilio, tantoq; potiri
Sentit honore, decuſq; uidet nunc creſcere regnî

ing

Inq; diem augeri uires, & præmia laudum,
Accipit imperij ſibi fato incumbere faſces,
Vt regat & populos Iudæ dominator, & urbes.
Sorte potitus obit tali inclyta munia regni,
Et thalami ſociat multas ſibi fœdere nuptas.
Pellicis ambit item non raræ accenſus amorem
Igne, coqui ardentem quo ſeſe ſæpe fatetur.
Procreat, unde ſuo numeroſam è ſemine prolem,
Poſteritatis eat quæ non morientis origo.
Fama Philiſteas penetrat uulgata ſub oras
Iſaiden populi ſine lite creaſſe Monarcham
Vnanimi toto ſuffragia mutua regno.
Gentis iners ſocios dux ergo Philiſtidos armat
Ingenti motu, uireſq; exercet inanes,
Victor Ießiden inuadat, & opprimat armis.
His ſeſe opponit furijs hoſtilibus heros,
Et munitus adit ualido Balpharaſin urbem
Præſidio, & uictoris ouans acquirit honorem,
Et fauſto innumeras edit certamine cœdes.
Ac tali ſibimet gratatur uoce triumphos:
Vt quam nullus agi ſine legibus impedit undam
Alueus, in partes diuerſas impetus urget,
Et diffuſa ruunt incerto flumina curſu:
Sic diuina meos ui dextera diſijcit hoſtes,
Et fugat, exuuijs meq; horum ditat opimis.
Hæc licet experti ſint triſtia bella Philiſtæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Et tanto dederint ſæuas diſcrimine pœnas
Victori Iſaidæ, cui fato prælia cedunt,
Haud tamen abſiſtunt conſuetum armare furorem,
Et tentare nouo fortunam, fataq; bello.
Arma parant magno, ſociantq; aduerſa tumultu,
Et ſua caſtra locant, quà iuncta Raphaida Vallem
Terra tenet, rumore duci hoc manifeſtat Iudæ
Fama, Deo doctore uiam qui diſcit, & artem,
Qua premat aduerſam uim, uictor et edomet hoſtē.
Eſt uia recta moris iacet hæc quà conſita tellus
Arboribus (ſerò ante alias quæ fronde uireſcunt,
Et ſimul incipiunt protudere germina ramis,
Vna nocte ſolent folio uernante grauari)
Hàc Deus adduci iubet agmina, cùmq; tremiſcant
Arborei uentis apices, & murmure ſtridant,
Prælia miſceri, ac turbari cœdibus hoſtem.
Datq; fidem pugnam fore ſeſe autore ſecundam,
Et uentura nouæ uictori præmia laudis.
Iuſſa capeßit Ießides diuina Monarches,
Et parit auguſti cœleſti optata triumphi
Auxilio decora, & pacem, exuuiaſq; reportat
Edomito hoſte, furor quem belli armauit inanis.

Hæc domuit cùm bella ſequens uictoria pacem,
Eligit ex omni dux agmine dena uirorum
Millia Ießides, uirtus quos armat, & ætas
Florida, præſidio quorum ſe munit, ut arcam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Diuinam externis repetat ui fretus ab oris,
Et uitæ ſine clade ſuæ ſub mœnia ducat
Vrbis,ubi fato eſt illi data regia ſedes.
His armatus adit Gabaida millibus urbem,
Aminadabeis è tectis tollat ut arcam,
Arte recens facto quā plauſtro Martia pubes
Collocat, Aza uiam plauſtri moderatur habenis,
Adiuuat aurigæ ſtudio germanus Ahion,
Anteuolatq; uiros,currum qui ponè ſequuntur.
Rex uerò,comitumq; cohors citharæq;, tubæq;
Dant clangore ſonū,ac crepitantia timpana pulſant.
Cymbalaq; arguto ſonitus edentia plauſu
Inflant,& fractos imitantia ſiſtra canores,
Areas uocum fragor ingens occupat auras.
Eſt locus exemplo ſumptæ pro crimine pœnæ
Notus, iter quo iam carpebat totius ordo
Agminis,oza (rotas quia plauſtri errore notabat
Ferri) auriga manu,ne curru decidat , arcam
Prendit, & ingentem diuinæ concitat iram
Menti,datq; nefas ob tale repentè ſequentes
Pœnas,error ubi temerarius auſa peregit,
Ipſo uita loco uolat huic erepta ſub auras.
Illo ſollicitum caſu gemuiſſe Dauidem
Fama,grauiq; metu turbatum hauſiſſe dolores.
Noluit unde ſuæ domini urbis ut arca ſubiret
Muros, excipiat domus illam Obededonis orat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Qui (ecu ſama) fuit Getheidos incola terræ.
Luna ter expleuit dum ſalcis habentia formam
Cornua, dimidio ter ſplenduit orbe per orbem,
Arca loco domini detenta remanſit eodem.
Vnde uiro, arca domo cuius, tres donec abegit
Menſes tempus, erat, diuina miniſtrat, & auge,
Gratia diuitias, lætoſq; aſpirat honores,
Et bona dat clemens auguſto uberrima fructu.
Accipit hoc ut Ießides uoce indice famæ,
Agmen, ut arma tegant ſeſe huius, ſi qua poteſtas
Opponat uires aduerſa, coëgit, & arcam
Dux repetiſſe parat, rem præſidio & gerit illo.
Vadit, læticiæ plauſuq; ſub æthera uocem
Tollit, euntq; chori ſonitu qui nubila pulſant.
Iam reduces ibant agnam, atq; bouem immolat aris
Turba Deo laudem cantu meditata ſonoro.
At dux Iſaides ſaltando effuſa fatetur
Gaudia, ſaltandi dum uires arte fatigat,
Linea ueſtis obit cui corpora more recepto.
It uocum plauſu fragor, & clangore tubarum
Ingenti ſtrepitu concuſſas occupat auras.
Vrbis ouante redux animo iam tecta ſubibat
Turba: uidet Michole ſaltantem regia coniunx
Regem, & ceu leuitatis opus rem deſouet illam.
Sede ſua ſtatuunt, Rex huic quã deſtinat arcã.
Atq; aris adolent holocauſta, Deoq; ſupremo

Relligione parant gratas oſtendere mentes,
Adiuuet auſpicio pater hæc quòd uota ſecundo,
Donaq; collyras Cereales, fruſtaq; ſacro
Carnea more, meriq; hauſtus partitur in omnem
Rex populum, hac defunctus adit qui ſorte penates,
Quo redeunte ſuas ad patria tecta ſub oras,
Et ſua tecta petit Rex, cui datur obuia coniunx
Orſa ſonum Michole talem indignata marito:
Gloria quanta uide te Regem hac luce ſequatur,
Nomen honore tuum quanto laudabile reddat.
Penè pudore nihil ſua quem natura gubernat,
Et cui membra tegit tenui ſua ueſtis amictu
Vulgi more, decus cui nullum, præbet egeſtas.
Nudari quem penè pudor nil membra morantur
Scurræ more, nefas cui deſignare uoluptas.
Offendis morum caſtas cur labe puellas,
Penè pudor nudum dum nil ſaltare moratur?
Illane Rege decus dignum paritura uidetur
ô leuitatis amans odioſæ amentia coniunx?
Rex nuptæ indignans hac iurgia uoce refellit:
Vt decus inuideas me quo clareſcere Regem
Fata uolunt, uicio ut uertas quòd gaudia ſaltu
Denoto: nulla tamen uentoſa ſuperbia mentem
Labe meam adficiet, decus exequar omne proteruo
Faſtu corda gerens aliena, nec efferar ullo
Motus honore, ſequar ſed uilia moribus æquis

Ornament

Ornamenta, nec inſignes uenabor honores,
Qui fato uirtutis eunt dulciſsima merces,
Quin habitu tenui magis, & magis induar artus,
Mentis ut hæ faſtu uacuæ argumenta loquantur
Morum laude notæ nullo tamen edita fuco.
Res odioſa Deo eſt mentem turgeſcere faſtu,
At uirtutis opus mores odiſſe ſuperbos.
 Materias odio lis hæc inimica miniſtrat,
Coniugijq; decus diſcordia noxia fœdat,
Diſsidioq; fidem uiolat, quam mutua debet
Exercere pio ſinceræ gratia mentis.
Nam ceu fama refert Michole neglecta marito
Ob motam litem non hoc à tempore uitæ
Ante diem extremum natam eſt enixa, maremuè
Pignora coniugij, ſero unde manentis origo
Tempore, ſpeſq; domus, quæ nullo deſinat æuo.
 Iam domitore Deo uiolentia fracta quieuit
Gentis ubiq;, modis uarijs quæ preſsit Iudam,
Nullaq; turbabant graſſante pericula pacem
Hoſte, ſed optatam eſt regio ſortita quietem,
Quam peperit totis auguſta potentia regnis:
Quale ſequatur opus, cui non diuina poteſtas
Obſtet, & auxilio dignata iuuare recuſet,
Poſcit Ieſsides reſponſa docentia uatem
Nathan, omne ſequi uates monet utile cœptum.
Quod non iuſta uetet ratio, renuatq; uoluntas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

At mens conſilio tali diuina repugnat,
Indicioq; docet maniſeſto quale faceſſat
Rex opus, & uatem iubet hæc aperire ſequenti
Iuſſa die: memori Rex ô mea dicta notato
Mente, quies quamuis poſito uiget undiq; bello,
Non autore tamen ſibi te diuina poteſtas
Arte domum ducit condendam, ac diuite ſumptu,
Vt Deus hanc habitet præſenti numine ſedem.
Nullius ex illo laquearia poßidet ædis
Tempore, ab AEgypti quo gentem hoſtilibus armis
Dilectam adſeruit, ſæuiq; furore Tyranni,
Quæ dum Moſe moram ductore terebat eremi
Per loca uaſta ſolo fruges arente negantis,
Auxilio uſq; Deus coràm uaga caſtra regebat,
Nec ſedem ſolido de marmore templa petebat.
Non ſacram regni moliri ſumptibus ædem
Te iubet ipſe, tribum nullā unquā templa popoſcit.
Septa, gregeſq; puer paſtorum more tegebas,
Et caput imperij te dextera fata crearunt
Hinc quocunq; ducem tua te fortuna uocabat,
Cœpta iuuabat, & aduerſos exercuit hoſtes
Ipſe Deus, data quo duce pax eſt aurea regnis,
Gloriaq; æquauit ſumnis te laude monarchis.
Quin populo diuina ſuo patriam annuit oram,
Spondet & auxilium rebus cœleſte poteſtas.
Nullus & arma furor belli uelut antè mouebit
Hoſti-

Hoſtili ſtudio, pacem aurea ſecula ducent.
Et tua poſteritas celebri undiq; laude uigebit
Nutu, nulla decus cuius tibi ſecula dement.
Corporis exuuias cùm iam matura ſepulcro
Mors componet, honos hæredem regius æquo
Nomine te cretum genitore uirum uſq; manebit.
Marmore ut ipſe tholis operoſo templa ſuperbis
Autor ero ædificet, quibus edam oracula præſens.
Illius imperio mea uires alma poteſtas
Sufficiet ſine fine, tegetq; throni eius honorem.
Huic ego patris ero uindex de more malorum,
Ille Deum gnati ſtudio me diliget unum,
Qui ſi labe notet mores, quæ digna piari eſt,
Plaga uiris illum fatali autoribus anget
Supplicio, at penitus non hunc abolere uoluntas:
Non ut Ciſsiden regno meus exuit ardor,
Deſeret hunc meritas dantem mea dextera pœnas.
Te ſata poſteritas æterno flore manebit,
Eſt manſura tui ſine fine potentia regni.
Hæc Deus ore meo promiſſaq;, uerbaq; fatur.
Rettulit hæc uates, Rex hæc ſerit ore uiciſsim:
Quæ te cauſa Deus, quæ gratia tanta laceſsit,
Ducentem è tenui ut primordia ſtirpe parentum
Tanta tuo tollat mortalem gloria nutu?
Non modo me ſummi titulo dignaris honoris,
Sed manet illa meos ſpes te ſponſore minores.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Vt promiſſa fide tua certa ſequente probares,
Tale datore decus te regni ſortior hæres.
Omnipotens te dextra Deum nullum eſſe fatetur
Excepto, ergo manet te gloria iure perennis.
AEternæ hæredem patriæ gentem eligis autor
Omnipotens, quam præſidio munire ſolebas
AEgypti effugeret cùm te ductore furores.
Adſeris hanc inimica mouet cùm bella Tyrannis,
Et premis horrendis hoſtilia robora factis.
Ergo fauor præſtare iubet quod patrius, urge,
Meq;, domumq; meam tege ceu promiſſa loquuntur
Edita, duret honos huic ut ſuus omne per æuum.
Contudit ergo Deo ductore Philiſtida gentem
Adſeruitq; ſuos populos à mole laborum,
(Gens inimica quibus captiuos antè grauabat,)
Regni præſes Ießides onus omne leuando.
Vim Moabitarum quoq; robore fregit & armis,
(Imperij hoc qui Rege iugis ſua colla potentis,
Donaq; more dabant ſubiectæ gentis eodem)
Cœtera turba ſubit fatali clade ruinam.
Fudit & Euphraten dux agmina uictor ad amnem
Arma minabantur qui Rege Sobaidos oræ
Militiæ ductore, neceſq; patrare parabant,
E quibus abduxit captiuos mille triumpho,
Ac ſeptingentos equites, peditumq; cohortem
Agminibus decies ſtipatam mille uirorum.
Captiui

Captiuis etiam ſucciſo roborà neruo
Debilitauit equis, modo centum inſignia currus
Seruauit ſpolia, illorum æripedeſq; iugales.
Gens quoq; Syriacæ tunc ſede potita Damaſci,
Indigenis cùm ferre Sobæ ditione potentis
Terræ uellet opem, uictore Dauide ruinam
Paſſa dedit uario fatales nomine pœnas.
Nam duo uiginti ſunt millia fuſa ſub armis
Hoc autore uirûm tormento Martis eodem.
Sic ubi uicta manus domita dedit urbe Damaſco
Patria gens, captam ualido Rex munijt urbem
Præſidio, illius ſic ſubdita paret habenis
Syria, quæ donis ſe Regi oſtendit amicam,
Omne Deo qui uicit onus ductore laborum,
Et clypeos aurata redux Solymam arma ſub urbem,
Nec niſi digna tulit precioſis æra metallis.
Rex ſimul hiſtoriam Thous audit Emathidos oræ,
Fudit Ießides quòd tantis uiribus hoſtem,
Se genitore ſatum, cui flore iuuenta uigebat,
Legat, ut ore ſuo Regem ille ſalutet, Ioram,
Et gratetur, eat nunc huic qui auguſtus, honorem.
Namq; Thoo intulerat Rex arma Sobæ impius oræ
Huic & atrox inimicicias indixerat hoſtis.
Huc Thoides iuuenis cùm uenit: & aurea ſecum
AEreaq; Iſaidæ, atq; argentea dona ferebat,
Cuncta reſeruari quæ templo cura futuro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Regis ut hinc fierent rerum monumenta iubebat.
Traxit ab hoc etiam facto eius gloria uires:
Quòd cùm Syriacæ regionis in arma cieret
Gens turmam, ac ſe præſidio muniret, & armis,
Valle Salinarum, et non pauca potente uirorum
Millia ui domitor uita ſpoliauit, & armis,
Et regionis opes Idumeæ uictor opimas,
Exuuiaſq; tulit, domitamq; potentibus oram
Mnnijt auxilijs, Idumeaq; tota gerebat
Imperio morem uictoris, & auxit eundem
Muneribus, quibus eſſe poteſt hæc digna poteſtas.
Sic autore Deo dux ſubijcit omnia regno
Regna ſuo Iſaides heros, Ioabenq; magiſtrum
Militiæ creat, Achiludæ ſed præficit aulæ
Gnatum, Abiatharides, Sadoces quoq; munia curāt
Sacra ſacerdotum, ſic Rege creata propago.
Sollicitum ſcribæ Saraias munus obibat.
At Ioiade Benaia ſatus genitore Cerethos,
Ac pelethos gentes præfecti more regebat.
Vndiq; iam poſito pax belli ardore uigebat.
Hæres patre ſuperſtes eat num Saule Dauidem
Quæſiuiſſe ferunt, cui nomine Siba miniſter
Saulis ait: Ionathæ qui ducit origine uitam
Viuit, quem crurum morboſa doloribus urget
Debilitas, claudo pede nam ueſtigia carpit.
Hac ergo in medium adducto Rex uoce fauorem
Spondet:

Spondet: opes me poſce tuis meq; auſpice uotis
Reſpondere fides mea mox promiſſa probabit.
Patris amore tui, uiuum quo fidus amabam,
Nulla negare uelim bona, quæ dare cunq; poteſtas.
Omnes reddet agros tibi dextera noſtra paternos,
Et mea menſa dapes mecum depromet eaſdem.
Talia ſpondentem Regem merita ille uiciſsim
Alloquitur: quæ tanta mouet te gratia regem,
Vt dignere cani ſimilem me morte perempto
His donare bonis, quæ propria iure tueri
Rex inuicte potes? pietatis amore uoluntas
Mota meam cogit tua te curare ſalutem,
AEternas his pro meritis tibi ſpondeo grates.
Rex pòſt fortunas ut auitas reddat amico,
Saulæum adfatur Sibam ſic ore miniſtrum:
Te Ionathæ fundis gnatum ecce redono paternis
Teſte, pater ueluti fratrem me cuius amabat.
Illorum uigeat uolo te cultura magiſtro,
Vt quantam pariant meſſem, illius horrea condant.
Tu domino ſua rura tuo, tu commoda cures,
Optatas ut fundat opes huic uber agrorum
Te cultore, geras hanc tu uigil exigo curam.
Ille meis pòſt mecum epulis accumbet eodem
Semper honore, fauor nullo illum hic deſeret æuo.
Siba, ferunt gnatos cui quinq;, decemq; fuiſſe,
Ruris opes domino donati curat, & auget,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Et parit ingenti campeſtria commoda lucro.
Porrò ſanguineo domus ortu iuncta colono
Tota miniſterio Ionathidæ fida uacabat,
Huic ut fama refert ſpes poſteritatis, & hæres
Filius unus erat patrium æquaturus honorem.
At Solymæ urbis erat Ionathides incola, namq;
Carpere Rege dapes cœnante ſolebat eaſdem.
Interea exacto fatalia funera curſu
Gentis obiſſe pium Regem Ammonitidos aiunt,
Auxilio Iſaiden qui quondam adiuuit in armis.
Vnde ſuos memori legauit amore miniſtros
Patris ut exequias lugentem, humeroq; gerentem
Imperij faſces hi ſolarentur Hanonem.
Qui regionis ubi optatæ uenêre ſub oras,
Hos exploratum miſſos munimina regni
Regi perſuadent procerum improba turba, furorem
Vnde ſecutus eos probro hoc adfecit acerbo:
Dimidiam abradi barbam ui fœda coactis
Rege uiris autore pati data iuſſa laceſſunt.
Quos turpi adfectos patrias dimittit in oras
Rex damno, meritis eſt gratia reddita talis.
Et promiſſa uiris coxas cum ueſtis obiret,
Igne furens iræ mediam præcidat eandem
Aulica turba iubet, ſinit hinc tali ire miniſtros,
Dedecore adfectos quos ludibrio orta fatigat
Cura, coquunt iram, triſtiq; dolore laborant.

Hoc ſi

Hoc ſimul Iſaides iniuſti accepit Hanonis
Indignum facinus, uolat obuius alite curſu
Hoc autore, uiam quà ſemita proxima pandit,
Nuncius Iericho mandans his urbe morari,
Donec idem barbis currente reſarciat æuo
Turba decus, famam ne probrum triſte ſequatur.
Hæc Ammonitis odium ingens cauſa colonis
Conciliat, dux Iſaides quo uentilat iram.
Vnde metu pœnæ citò facta nefanda ſequentis,
Pugnaces opibus Syros in fœdera belli
Sollicitant, magni & ſe uiribus agminis armant.
Milliaq; ære parant ſemel, & ter dena uirorum,
Quorum præſidio patriæ tueantur honorem.
Quæ ſimul auſa docet noua regem fama Dauidem,
Militiæ Ioaben ductorem legat in hoſtes
Munitum auxilijs, quorum uſu robora pollent.
Hoc Amonitarum rabies diſcrimine ſæuit,
Et ciet armato contraria bella tumultu.
Vrbs erat huic genti ſat rebus idonea belli,
Illius ad portas aciem, pugnasq; parabant.
At Syri, his ſocias iungunt qui fœdere uires,
Ex alio arma loco ad pugnas aduerſa capeſſunt,
Hoſtibus ardentes ſtricto concurrere ferro.
Vt notat hæc Ioabes obeunda pericula belli,
E regione uidens, denſam & poſt terga cohortem,
Obſcuramq; uirûm glomerari in prælia nubem.

Eligit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Eligit ardentem iuuenili robore pubem,
Et cict ad pugnas, ac ſæuum ducit in hoſtem.
At reliquam tradit germano prouidus alam
Abiſaæ, qui ui dux Ammonitida turman
Infeſtet pugnace, labor ſi bella ſequatur.
Iam dux fortunæ tentabat uterq; fauorem
Pugnando, auxilium cœptis diuina poteſtas
Præſtat, opem ſequitur uictoria cuius amicam.
Syriacæ uirtus formidine fracta pericli
Turmæ, terga uiros dare primæ turbine pugnæ
Cogit & auxilium fugiendo quærere uitæ,
Aduerſæ fractos fortunæ exordia terrent
Hæc Ammonitas, pugnamq; relinquere cogunt,
Inq; urbem ſeſe per apertas fundere portas,
Quæ ualidi tutam præbet munimine ſedem
Muri, cincta iacent illius mœnia uallo.
Hæc reditum Ioabæ felicem occaſio pandit,
Victoremq; urbis Solymæ ſub tecta reducit.
At mox bella furor nouus urget inire ſuperbos
Hoſtes, qui coëunt denſis in prælia turmis,
Et ductoris eunt trans alti Iordanis undam
Auxilio Sobachæ, quo principe bella gerebant,
Iſaidæ hunc manifeſtat ubi uaga fama furorem,
Omne nouo armorum conatu robur adornat,
Atq; Helam inſtructas acie alas ducit ad urbem,
Et parat aduerſo dubiam certamine pugnam.

At ne-

At noua clade Syros turbat formido fugaces,
Et decies bis quinq; uirûm ſint millia & octo
Apta licet bello, tamen haud obſtare periclis
Audent, cum Sobache decies duce quatuor armis
Millia ſuccumbunt equitum, captoſq; iugales
Et ſeptingentos abolet uictoria currus.
Hæc fractos hoſtes diſcrimina poſcere pacem
Victorem cogunt, dare quam non ille recuſat
Conditione, fides pacti quam ſancta requirit.
Hæc fortuna Syros etiam formidine turbat,
Ammonitarum nolint ut regna tueri.
Annuus erro ſuum ſol curſu expleuerat orbem,
Vernaq; temperies reuocabat idonea bellis
Tempora, uaſtandam iam Rex Amonitida gentem
Ducit Ießides, iubet unde potente parari
Bella manu, Ioabenq; ducem legionibus addit,
Armatam magnis Rabbaida uiribus urbem
Obſidet ille, feroſq; fatigat, & opprimit hoſtes.
Et regionis opes Ammonis uaſtat, & urbes,
Indigenaſq; uiros abolet radicitus armis.
Hæc Solymæ Ioabes dux Rege morante gerebat,
Qui quodam ſua ſtrata die reuocante tenebras
Nocte relinquit, & è tecto arcis proſpicit alto:
Eximiam forma niue candidiora iuuencam
Crura lauare uidet uicini ad limina tecti,
Fœmineæ turbæ qua pulcrior altera nemo,

Cuius

Cuius ut illicitis ardoribus hauſit amorem,
Mittit, ut explorent hæc ſit quo nupta marito,
Quoq; domus patriæ clareſcat honore, miniſtros,
Vnde genus ducat, quo nomine dicta uirago
Tale decus referat præſtantis imagine formæ,
Betſebaen hi certa ferunt reſponſa uocari,
Vriæq; toro iunctam eſſe loquuntur Hetheo,
Et pietate grauem genitore illius Eliam.
Rex uetitas ergo flammas explere laborans,
Adductam igne calens alienam ardente iugalem
Nuptam concubitu uiolat ſecurus amorum,
Cui cùm ſe grauidam manifeſtat adultera coniunx,
Vriam Ioabes dux illo autore maritum,
(Caſtra ſequebatur patriæ qui more phalangis)
Mittit adulterij regalem ignarus in aulam,
Quem Ioabæ acta rogat, uenientem ac geſta ſuorũ,
Quiq; ſequantur opus bellorum immane, labores,
Rex indagat, opemq; Deus num præbeat armis.
Inde referre gradum monet hunc ſub tecta penatũ.
Iam portis exire, monent ceu iuſſa, parabat,
Egreſſum arce uirum regalia dona ſequuntur.
At pia cauſa uirum ſua tecta ſubire moratur,
Vnde domus hic ueſtibulo regalis in ipſo
Somnum carpit, ubi Regis ſunt ſtrata miniſtris.
Hanc ob rem patitur ducis iram fraude latentem
Iſaidæ, cauſam cui iurgia paſſus honeſtam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Tali uoce refert facti: gens tota periclis,
Ipſeq; dux Ioabes nunc belli mole laborat,
Et me magne iubes Rex tecta ſubire penatum,
Vt uictu reuocem nunc uberiore uigorem,
Et conuiua uelut genialia gaudia carpam.
Meq; toro excipiat cum coniuge ſomnus eodem.
Hoc ut committam me nulla pericula cogent.
Rex quia nequicquã hac ſe retia tendere fraudũ
Arte uidet, ſecum rogat ergo ſequente morari
Nocte uelit, cœnæq; paratu diuitis illum
Excipit, hunc uini ſpumantis inebriat humor.
Ebrietate putat Rex dementante futurum,
Coniugis amplexus ut amabilis ambiat æſtu.
Vina parant animis uelut ignea flamma furorem.
At ſpes uana nefas Regem hoc tentare coëgit,
Arcis ut antè torum ad portas ſiquidẽ eligit hoſpes,
Nec deſiderio potiendi coniugis æſtu
Nocte domum ſubit ille ſuam, hinc deluſa doli ſpes,
Regem aliam inſidijs fraudem intentare laceßit.
Nuncia propoſiti crudelis epiſtola dextræ
Vriæ ignari technæ tradenda magiſtro
Armorum Ioabæ datur, hoc quæ præcipit auſum:
Vriam ſtatuat, quà ſumma pericula ſurgant
Marte furente iubet, quo uitam ſaucius armis
Exuat, & cœco patiatur funera fuco.
Dux parat arte dolos, quos regia iuſſa requirunt,

Et ſta-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Et ſtatione uirum locat unde laboris oriri
Ingens nouit onus, ſimul aſpera prælia ſurgunt,
Aduerſoq; cadunt iam millia multa ſub ictu.
Vulnus & Vriam crudele trucidat Hetheum.
Hanc aperit cladem Regi his legatus ab oris
Nuncius, obſidione (refert) uexauimus urbem
Hoſtilem, unde ſuas cùm gens inimica cohortes
Nos acie contra campis armaret apertis,
Nos inſectari fugientem cœpimus armis,
Donec eam exciperent munitis mœnia portis,
Quas infuſa ſimul ualido obice muniјt intus.
Certatim ſuperant celſi faſtigia muri,
Ac lento torquent ſtridentia ſpicula neruo.
Ingens telorum tempeſtas occupat auras,
Quæ feriunt noſtros letali deſuper ictu.
Immenſamq; uirûm ſegetem ſub tartara mittunt.
Hæc eadem Vriam uis cæde peremit Hetheum,
Qui primo ſortem tentabat in agmine belli.
Talia narranti Rex dat reſponſa: ſiniſtro
Euentu Ioabes dux frangi nolit eundem
Tu uerbis hortare meis, ſors lubrica belli
Nunc hanc, nunc illam finem ſortitur ab armis.
Magnanimo ille ſuas acuat ſolamine turmas,
Adiuuat unanimem fautrix fortuna laborem.
Betſebae didicit cùm fata ſuprema mariti,
Anxia ſollicitat mœſto præcordia luctu,
Quem

Quem mora quando graui moriente dolore leuauit,
Rege uiri interitu motum ſolante dolorem,
Et ducente tori ſimul illam fœdere nuptam,
Spem generis quæ filiolum eſt enixa marito.
His Deus ardentem ſuper auſis concipit iram,
Ac Nathan Regi referentem talia uatem
Mittit: age arbitrio ancipitem mihi diſijce cauſam:
Vna duobus erat (rem collige) patria ſedes
Vrbs, regioq; uiris, quorum alter honore ferebat
Nomen ad aſtra ſuum, quiq; exæquabat opum ui
Regum theſauros, armentaq; diues alebat
Multa, gregumq; uſu magnas cumulabat opimo
Diuitias, uitam alter opum degebat egentem,
Quem grauis urgebat damnis penuria rerum.
Nil rerum cui plena malis præbebat egeſtas,
Nî teneram, ære miſer quam forte coêmerat, agnã,
Quamq; ſua cum progenie unà pauper alebat,
Pane ſuoq; uelut gnatam paſcebat, & uno
Hanc ſecum potu ſua labra rigare ſinebat.
Tàm carã hanc habuit, gremio eius ut agna quietem
Carperet, ac gnatæ inſtar amabilis eſſet eidem
Iam quia tecta ſubit peregrinis hoſpes ab oris
Poſſeſſoris opum tantarum, indulget auaro
Vir uicio, cui diuitias fortuna miniſtrat.
Ille ſuis ne damna daret quia noxia rebus,
Mactando uel ouem, aut conuiuia lauta parando,

Inſidijs rapuit uicini pauperis agnam,
His ſuper Iſaides ingenti excandiuit æſtu,
Autoremq; rogo dignum arbiter æſtimat auſi,
Et quadruplo data damna refert debere rependi.
Huic uates ait: eſſe reum ſententia pœnæ
Arbitrio te lata tuo conuincit, es auſi.
Illius ipſe autor, pœnis quod rêre piandum.
Ergo Deus me uate tibi quæ dicta loquatur
Diſce, meis memoranda dedit quæ talia uerbis:
Imperij me dante manet te ſumma poteſtas,
Et iacet oppreſſo Saulea furore Tyrannis,
Teq; tui domini nuptarum turba maritum
Nunc ueneratur, amor quo caſtus honore requirit,
Hæc ſi parua putas, addam maiora petenti
Dona, nihil renuet tibi rerum auguſta uoluntas.
Quò furor ergo rapit, quò te ueſana cupido,
Vt pœnam nil cæde grauem uereare mereri?
Fœdat adulterio cur uitam ſpurca uoluptas,
Cur abolere uirum furor impius auſus amicum
Inſidijs, nuptamq; alienam iungere lecto?
Hoc quoniam auſa nefas pœnæ ſecura uoluntas
Eſt tua, pœna tuos abolebit cæde penates,
Eq; tuo ultorem ſcelerati ſtemmate facti
Ipſe ciebo, Tuas etiam ſua probra ſequentur
Nuptas, quas mœchi me conniuente pudorem,
Viq; fidem cogent præſtandam fœdere lecti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Legitimo uiolare malis urgenda cupido
Eſt ſcelerum, hæc meritas poſcet te talio pœnas.
Te ſpectante dies niteat cùm clarus olympo
Furta pudenda petent, obſcœnaq; facta ſequentur.
Nam furtim commiſſa, palàm Deus auſa piabo
Supplicio, tua poſteritas quo preſſa dolebit,
Expauet Iſaides nimio harum horrore minarum,
Et noxam cupido ueniæ omnem corde fatetur,
Atq; Deum orat opem, meritæq; leuamina pœnæ.
Hos ne lenirent ſolatia nulla dolores,
Fide Deo (uates inquit,) ſperaq; ſalutem,
Errorem faſſo ueniam annuit ipſe rogatus.
Lenius ira malum precibus ſedata ciebit,
Non moriêre, nefas nec tanta piacula dement,
Eſſe paterna Deum ſua mitem gratia cogit,
Ore fidem ille meo pœnam lenire futuram
Dat ſe uelle nefas faſſo de more parentis.
Namq; tuo exemplo ſcelerum quòd uulgus amorem
Haurit, onus culpam pœnarum tale ſequetur:
Quem peperit coniunx ſublato nupta marito,
Morte puer uitæ ſupremam finiet horam.
Dicta ſecuta fidem ſunt hæc, morboſa peremit
Morte lues puerum, pro quo ſua uota ferebat
Nequicquam genitor ieiunia paſſus, & acrem
Mœrorem, dum decubuit letaliter infans.
Septima lux exorta iubar ſpargebat olympo,
Accipit indicio ſeruorum funere functam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Filioli uitam Iſaides, poſitoq; ſerenat
Se luctu, mentem nec ut antè dolore fatigat.
Surgit, & orandi geſtum, moremq; relinquit,
Et pullam ueſtem mutato ponit amictu,
Ac defeſſa fouet Cereali corpora uictu.
Hoc ubi turba notat famulantum, quale ſtupeſcant
More nouo Rex auſit opus, quòd liberat omni
Se luctu, dapibuſq; paret reuocare uigorem
Poſt pueri exequias, uiuo illo paſſus acerbam
Eſuriem, eſſet adhuc cum ſpes inuicta ſalutis,
Subijcit ille nouam cupidis rem ſcire miniſtris:
Dum pueri uiuax nondum uigor oſſa reliquit,
Speſq; Deum flecti precibus mihi poſſe manebat,
Ieiunare dolor me, ſpeſq; caduca iubebat.
At nunc exuuias pueri cùm uita reliquit,
Quæ precio, aut ullis reuocari eſt neſcia uotis,
Deſino mœrorem uerſare quietus inanem,
Vita perempta ſemel nullo reuocabilis æuo.
Haud optante puer patre me noua membra reſumet,
Ipſe ſequar potius, mors hunc quà ſæua uocauit.
Reſpondiſſe ferunt Regem hæc, finemq; doloris
Hoc poſuiſſe modo, & dulci ſolamine mentem
Coniugis accenſam luctu ob nece fata perempti
Filioli cœpit mulcere doloribus ægram.
Sic admiſſa ſimul uincunt ſolatia luctus,
Concubitu caſtum licito teſtatus amorem
Gnatum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Gnatum ſpem ſeros genuit durantis ad annos
Stemmatis, hæc illo peperit quem nupta marito,
Nomine dixerunt puerum Salomona penates,
Quem Deus ante alios dilexit amore paterno,
Et decus huic ſummi puero aſpirauit honoris,
Hinc Nathan teneris illi præſecit ab annis
Morum rectorem, ueræ pietatis ut uſu
Excoleret uitam, obſeruans exempla magiſtri,
Interea Ioabes præſentius armat in hoſtes
Virtutem, belloq; parit laudabile famæ
Victor honore decus nullam ſubeunte ruinam,
Mœniaq; expugnat Rabathidos urbis, & edit
Auguſtæ ſpecimen pugnæ, uictoſq; colonos
Exuuijs ſpoliat, leto dans cœde rebelles.
Vrbs erat hæc (famæ quod credas) regia ſedes,
Nec non diues opum, meritæ nec neſcia laudis.
Quin aliam, dictam quam fama fatetur Aquarum
Vrbem, ui domitam potioribus occupat armis.
Antè tamen, quàm tentet opus, ciueſq; fatiget
Incurſu, Regem per nuncia miſſa laceßit,
Agmen ut auxilijs ſtipatum fortibus heros
Cogat, & inuadat ſecum acri Marte colonos,
Tollat & urbanas domito horum robore gazas,
Aſcribatur honos ſibi ne aut uictoria belli.
Hæc ratio Regem impellit populum ocyus omnem
Cogere, & infeſtam uexare potentibus urbem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Viribus, ac palmam ſuperatis cœde colonis
Adfectare, iuuat cœptum fortuna laborem.
Aggere munitam, ac præruptis undiq; muris
Vrbem præſidio uictor pugnace fatigat,
Et parit optatam forti certamine laudem.
Et diadema riget quod gemmis, horret & auro,
Quodq; talētū æquat graue pondo, inſigne triūphi
Rex capto fert Rege, tenet qui præſes habenas
Rerum, atq; imperio ciues, ac lege gubernat.
Cuius ut à capite ablatum diadema capillis
Rex proprijs ſuperimpoſuit, uictoris honorem
Nactus Ießides, ſpectaſſe corona frequentis
Fertur idem uulgi. Prædas ſimul egit opimas
Captiuamq; neci turbam demiſit, & armis
Edidit ingentem fuſo undiq; ſanguine ſtragem.
Diuerſis abolet ſcelerata catharmata uulgi
Tormentis, alios morſu dentata cruento
Serra uiros cruciat, candens hos igne caminus,
Hos cuneis miles uictor configit ahenis,
Hos alio inſignis cruciatu pœna fatigat,
Quæ ſequitur fato totam Ammonitida gentem,
Exitioq; uiros communi mergit, & urbes.
His reuocat geſtis Solymam ſua uictor ad urbem
Agmina, pace ſinunt quem tempora parua potiri.
Rege ſatus iuuenis, quo non formoſior, Ammō,
Qui

Qui fratrum anteibat uernantis honore cateruam
AEtatis, genitore ſatam uno, aliaq; ſororem
Matre, decus præſtans cui nobile forma miniſtrat,
Deperit, ardenti flagrans iuueniliter æſtu,
Vſq; adeo ut nimio pateretur amore laborem,
Nec tamen inſano ſine labe furore potiri
Poſſet, uirginitas inceſtis aurea uotis
Obſtat, eum exercet pœnæ formido futuræ.
Turpe pudiciciæ florem temerare puellis,
Turpius at multò hoc ambire ſororis amorem,
Inceſtoq; nefas patrare furore pudendum.
Obſcœni remoram hæc fruſtra molitur amoris
Cura, rapit mentem uiciorum plena uoluptas.
Sanguine fama uirũ iunctũ huic uixiſſe fatetur,
Cui peperit magnam ſollers prudentia laudem,
Et decus haud ullo famæ morientis ab æuo.
Ille uidens iuuenem Ammonem ſibi ſtemmatis ortu
Iunctum, confectis macie langueſcere membris,
Quæ morbi ſit cauſa rogat, medicamq; doloris
Spondet opem, occulti monſtret ſi ſemina morbi.
Huic ait ille: lues me ſolliciti angit amoris,
Da ueniam ergo nefas mihi fœdum impunè fatendi.
Depereo ingenti Thamaren ardore ſororem,
Cuius amore uetat natura pudica potiri,
Diuinæ formido metu me detinet iræ,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Quò minus obſcœno furor hic me polluat æſtu.
Iam quia pallentes iuuenis contabuit artus,
Huic conſanguineus uir ut inſtaurare ſalutem
Adfectam morbo uires uiciantis amoris
Poßit opem arte parat miſeris tali addere uotis:
Strato compoſitum hortatur ſimulare dolores,
Vis quibus adfligat uitæ morboſa ſalutem,
Et ueniente luem genitore leuare medelis,
Illum orare, ſinat Thamaren ad ſtrata ſororem
Coctos arte cibos ſibi coràm lance miniſtret.
His uetito ille modis iuuenem inſtruit igne calentem,
Et iuuat inſidias intentet ut arte puellæ.
Turba miniſtra foras ïërat ſoror una remanſit
Nil in fratre doli metuens, technæq; latentis.
Ille uelut rabiem exardens uiolentius haurit,
Viq; pudiciciam tentat uiolare ſororis,
Obſcœnoſq; furens ſaturare laborat amores.
Et quia uirga nefas detrectat, & abnuit uſum
Illicitæ Veneris, uì furta teterrima tentat,
Luctantemq; diu, decus ardentemq; tueri
Indelibatæ famæ, ingenuiq; pudoris,
Oppreſſam, uis defendit quam nulla, ſororem
Priuat honore pudiciciæ, probroq; nefando
Adficit, admiſſo quo tanta ſecuta furorem
Vis odij eſt, quantam uel nemo credere poßit.
Quanta prioris erant incendia forſan amoris,

Tanta

Tanta lues odij nunc autorem urget inertem
Admiſsi ſceleris, quam feruentiſsimus æſtu
Illicito antè premit, nunc inſenſiſsimus odit,
Eiectamq; foras cupit illam, atq; obice munit
Oſtia, & oppreſſam ſtupet aſpectare ſororem.
Virginei damnum perpeſſam triſte pudoris
Eijciat ui, ſponte foras ſi cedere nolit,
Turba miniſtra iubet, fœdi tàm pœnitet auſi.
Paſſa pudiciciæ iacturam, infameq; ſtupro
Virgo nefas, ueſtem diuerſi induta coloris,
(Hoc habitu Regum ſe Gnatæ ornare ſolebant,
His dum uirginitas indelibata manebat)
Diſſecat in partes quaſi deteſtata furorem
Fratris, & infamem labem, & perpeſſa dolores,
Talarem tunicam, crinem atro & puluere ſpargit,
Et capiti imponens palmas, triſteſq; querelas
Ingeminans incedit, & ora madeſcit obortis,
Ardenteſq; genas lacrymis, gemituq; laborat.
AEgra dolore uiam diuerſam emenſa uagatur,
Abſalon unde loco cùm germanum obuia uidit,
Imminet huic, aperitq; ſcelus, quo paſſa pudicæ
Virginitatis erat labem, autoremq; fatetur
Ammonem eſſe uno ſecum genitore creatum.
Frater ad hæc: germana nefas à fratre profectum
Fac germana feras, nec mentem confice luctu,
Vltorem ipſa dies fato ducente ciebit.

Hæc ratione tulit ſolatia uirgo doloris,
Inq; domo curis germani adfecta remanſit,
Naufragiumq; pudiciciæ lacrymabile planxit,
Eſtq; morata diu fraternis anxia tectis,
Donec eam ulta fuit fatalis pœna dolentem.
Rex ubi triſte nefas gnati rumoribus hauſit,
Torſit inexhauſtis ob idem ſua pectora curis.
Non tamen ultorem ſinit illum criminis huius
Patrius eſſe fauor, quia præfert fratribus unum
Omnibus Ammonem, eſt qui maxima cura parentis.
Hæc odiorum inter fratres incendia mouit
Impia cauſa duos. Cuius perpeſſa furorem
Virgo ſoror germana fuit, data mußitat horas
Temporis ad certas ſtupratæ damna puellæ.
Bruma bis, alterno bis tempore labitur æſtas,
Conceptam interea texêre ſilentia bilem.
Turba uiro tondebat oues Ephraidos oris
Terræ more ſemel, ſeu bis redeunte quotannis.
Vnde domum patriam conuiuas poſcit eodem
Tempore, ſed gnati conuiuia reſpuit unus
Lege decente pater, fratrum ſe turba recepit
Adfore, conuiuas quos cùm domus excipit huius,
Dat mandata ſuis hæc fraude latente miniſtris,
Vt, cùm læticiam conuiuæ more ſequatur,
Inſidiasq; mero nil horreat obrutus Ammon,
Intrepidis animis hos impetus armet in illum,

Nec

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Nec mora, ſiue metus pœnæ data iuſſa retardet.
Me tutore necis uos ultio nulla ſequetur
Credite ait, cœdem patrare impunè licebit.
Hi domini parent monitis, & nulla timentem
Arma, nec admonitum de cœde ſequente trucidant.
Cœtera turba fugam concuſſa pauore capeßit
Conuiuarum, horror cui frigidus occupat artus,
Quæ molitur adhuc dum greſſum Regis ad arcem,
De gnati interitu genitori it fama ſub aures,
Omnes extinctos iuuenes mentita, petiſſent
Qui fraterna dolo conuiuia facta latenti.
Audito genitor gnatorum funere ueſtes
Diſcidit, ac petijt luctu turbatus acerbo
Pronus humum, domini exemplũ lugubre ſequuntur,
Et planctu certant famuli teſtante dolorem.
At conſanguineo reuelamen mite malorum
Auſpice Rex haurit, qui confoſſum adſerit unum
Ammonem, rabidam quem contra accenderit iram
Germano ſtupro uiolatæ cauſa ſororis.
Eſſe refert alijs illæſam cœde ſalutem.
Dicta ſecuta fides, dum talia fatur, euntum
Sublimi è ſpecula puer ad iuga montis opaci
Aduentare gradu turbam properante frequentem
Proſpicit, illa ſimul ſubit ordine regia longo
Tecta, domum mœſtis implent ululatibus omnem,
Et non parua terunt mordaci tempora luctu,

Ac cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Ac cum Rege truci geminant de cœde querelas.
At necis autor adit Tholomai regna potentis
Geſſuræa metu pœnæ auſa nefanda ſequentis.
Auxilio tres tutus ubi latet illius annos,
Dum patriæ uires iræ mora tarda domaret,
Decreſcente ſimul luctu quæ fracta quieuit.
Abſalon offenſo Ioabes dux patre relinqui,
Inuiſumq; premi, nec ut ante fauore potiri
Conijcit euentu, Thecuam citò mittit ad urbem,
Hinc qui ſollertem matronam adducat, & aſtu
Pollentem, quam ſic uenientem adfatur & orat:
Indue lugentum te geſtibus, indue pullo,
Et ſimula longi data damna doloris amictu.
Non oleo uncta (decet mos hic immunia luctu
Corda) modo referes, quæ uerba docebo, decenti
Coram Rege, piam hanc operã ſua dona manebunt.
Has edocta uias Thecuitis adiſſe uirago
Regem, & conceptis uerbis adfata potentem
Dicitur, & tali primùm ore ſecuta fauorem:
ô Rex imperij tanti inuictiſſime tutor,
Da mihi, da uiduæ ueniam, quæ ſentio, fandi,
Et caſus miſerare graues, quibus acta fatigor.
Vitæ dulce meæ columen, ſpeſq; una ſalutis
Coniunx fata meus communi extrema ſubiuit
Lege, maliq; duos moriens ſolamina gnatos
Ecce tori orbatæ ſocij ſpe grata reliquit,

Funeſtam

Funeſtam orta quibus mouit diſcordia litem;
Alter & alterius, nullo prohibente furorem,
Letali miſit ſub tartara uulnere uitam.
Iam quia iuncta domus patrij illi ſtemmatis ortu,
Qui cecidit, parat autorem dare cœde uiciſsim
Leto, meq; hærede domus orbare paternæ,
Poſteritatis eat mihi ne ſpes ulla futuræ,
Hæc me penè necant mala tanta doloribus ægram.
Ergo tuam fer opem Rex, eſt cui ſumma poteſtas.
Ne uiuente ſinas orbari prole parentem
Me miſeram, maneat mihi poſteritatis origo
Te tutore, dolor ne me, aut infamia perdat.
Rex animaduertens nil hanc ſimulare querelas,
Quam petit, ærumnas mentita uirago ferendas,
Spondet opem, fore ſeq; fidem dat & annuit ultrò
Tutorem, iubet hac ſpe pectora mœſta ſerenet.
Freta fauore, recens hæc quem promiſſa fatentur,
Pauca requirit adhuc ueniam matrona profandi,
Mox quam nacta nouas ſic eſt exorſa loquelas:
Cur culpanda tuam ſubit hæc ſententia mentem,
Vt mactare pares necis autorem Abſalon armis,
Ille tuo fragilem cùm uitam è ſanguine ducat?
Omnes, æthereas uiui qui carpimus auras,
Immani obruimur uiolentæ mortis hiatu,
Non opus hanc ferro miſeris accerſere nobis,
Sponte uenit querulis placari neſcia uotis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Nos exempla Dei moueant, qui punit iniquo
Facta modo, at pœnam cohibet ſua meta uagantem.
Puniat ut ſontes culpæ, haud nos funditus ultor
Perdit, amor noſtri feruentem huic mitigat iram.
Sic te fine caue dempto coquat impetus iræ.
Angelus ut domini cœleſtia iuſſa miniſtrat,
Sic celebrare Deum pietas tua laude laborat.
Annuat ergo tua rem, te quam poſco, uoluntas,
Quam nil iuſticiæ præſtari norma moratur,
Daq; tuo ueniam noxæ me ſupplice gnato.
Finijt hæc matrona, rogat quo cœpta magiſtro
Sit molita, ducem & Ioaben Rex conijcit horum
Autorem, illa refert quo ſe auſpice talia doctam
Verba, quibus Regi flagrantem extingueret iram.
Certior indicio cœpti Rex factus honeſti,
Dat ueniam gnato, antè graues quem poſcere pœnas
Ardor erat, Ioabe iubet hunc autore reduci,
Datq; fidem patrias rediturum impunè ſub oras.
Dux Ioabes Regis reſponſo lætus amico,
Grates ſucceſſum ſibimet lætatur agendo,
Et Geſſureas abitum maturat in oras,
Abſalon extorrem Solymam inde reducat in urbem,
Quam ſunt ingreßi reduces ubi comminus ambo,
Regius ambobus uolat obuius, & iubet arcem
Nuncius, ut propriam gnatus petat aduena nutu
Patris, ab aſpectu qui uult reducem eſſe remotum
Gnatum.

Gnatum, nondum iræ morientis flamma reſedit
Integra, mens recoquit mordaces ſaucia curas.
Porrò nemo uirûm præſtantem corpore pulcro
Abſalon æquabat, quot erant his undiq; terris.
Ad flauas à calce comas non uſq; notabat
Labes ulla decus iuuenile, ſuperba uenuſtas
Corporis ornabat mirandis organa donis.
Cæſaries etiam præſtantem huic aurea formam
Auxit, quæ quoties iuueni detonſa cadebat,
(Quod ſemel exacto fieri conſuêrat in anno)
Pondo ducentos ſiclos æquaſſe refertur.
Ille metu patriæ tectis non exijt iræ,
Aut ſi quando foras ſpaciandi huic mota uoluntas,
Non patris eſt oculis ſe paſſus ubiq; notari.
Tres hoc eſſe mares genitos, unamq; puellam
(Cui decus egregium formæ) genitore loquuntur.
Tandem indignantem cupiens placare parentem,
Eſſet ubiq; ſibi ut uiuendi impunè poteſtas,
Sollicitat Ioaben mißi ore precante miniſtri,
Vt ueniat, patriamq; iram placare laboret.
Qui ſemel atq; iterum oratus præſtare recuſat,
Quã petit ille, fidem, grauis ipſum hinc ira fatigat,
Qua flagrante ſuis hæc præcipit ore miniſtris:
Ite, meo ſegetem uicinam incendite fundo,
Quam duri Ioabæ ſol nunc maturat in agris.
Noxa dabit pœnas, quam nunc ſecurior audet,

Tali

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Tali iuſſa modo ſectantur herilia ſerui,
Perq; manu canam ſpargunt incendia meſſem.
Hanc Ioabæ cladem famulorum turba reuelat,
Qui damni autorem turbatus adiſſe dolendi
Fertur, & antè nihil cauſam indagaſſe latentem,
Quam reſponſa docent illum hæc: te uoce rogabam
Supplice placatum patris iram, odiumq; uenires.
Geſſurea foret ſatius quia littora nondum
Deſeruiſſe, minas quàm ferre, odiumq; parentis.
Ergo uiam, me oculis qua reddas, diſce, paternis,
Aut me ſi qua reum pœnæ commiſſa fatentur,
Me monitore mihi nece uindex eripe uitam.
Accipit hæc Ioabes, Regiq; hæc omnia pandit,
Qui gnatum adduci prece motus amore paterno
Præcipit, ore genis uenientis & oſcula figit
Gnati, ſæuitiem premit iræ patrius ardor.

Hæc ubi geſta, ferunt currus, equitũq; cohortes
Armauiſſe truci (iubet hoc furor) Abſalon auſo,
Quinq; uirûm decies ſimul elegiſſe cateruam,
Terga ſatellitio ſua quæ muniret, & armis,
Et tegeret, quoties arcenda pericula ſurgant.
Præſidio portam patriæ illorum obſidet urbis
Manè, uiroſq; quibus peragenda negocia Rege
Iudice forſan erant adeuntes excipit urbem,
Et rogat unde uiam tendant, quæ cauſa requirat
Regis opem, innocuos quæ damno iniuria lædat?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Qui ſuã mox pandunt ſermone nẽgocia iuſſi.
Ille: bonam uobis cauſam res eſſe fatetur,
At qui ritè modo dijudicet arbiter æquo
Præſide Rege uirûm nemo qui talia iuret.
Fata uelint utinam me Regem, ut præſide lites
Gens me componi, cauſasq; requirat agendas,
Et me transigeret rectore negocia felix.
Conciliare leuis uulgi hac parat arte fauorem,
Et ſtruit inſidias, uetitosq; adſectat honores
Imperijq; dolo patrij decus ambit, et ardet
Seditione, furor cui robur, & arma miniſtrat;
Quin cùm ſe geſtu huic quiſquam inſinuabat amico,
Ipſe manu prendens dabat illius oſcula malis,
Blanditijsq; pium ſimulabat & arte fauorem.
Sollicitabat iners hac cunctos fraude colonos,
Iudice quì cauſas cognoſci Rege uolebant.
Quatuor exegit decies mora temporis annos,
Ebron mi genitor ſum (dixit) iturus ad urbem,
Vt quæ Syriacæ uoui Geſſuridos aris
Mente Deo memori meritorum dona miniſtrem,
Quòd Solymã exilio me actũ inde reduxit in urbẽ.
Huic fore me gratum cultu antè decente ſpopondi.
I comitante pater longinquas pace ſub oras
Inquit, & inſidias nil conijcit arte latentes.
Ille uiam ſimulat peregrinæ ad littora terræ,
Et tegit auſa dolo, uetitos quibus ambit honores.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Exploratores oras ablegat in omnes,
Quorum uoce monet pronos parere colonos,
Vt, clangore tubas ſimul aure ſonare notabunt,
Clament: ſubiectæ dominabitur Abſalon Ebro,
Et nos imperio reget, æquabitq; monarchas.
Ducentos Solymæ ille uiros etiam urbis alumnos
Conuocat, & ſocios parat auſi fraude latentis,
Quos cæcum ſubolere dolum ſuus impedit error,
Iuſſa ſequi pia ſimplicitas temeraria ſuadet,
Cauſa latet cœpti, ſine ſuſpicione gerunt rem.
Autor atrocis opem quoq; ſeditionis iniquam
Poſcit Achitophelen Gilonitidos urbis alumnum,
Rex onus imperij quo grande iuuante leuabat
Iſaides, et conſilio eius, et arte gerebat.
Aris ſpe fauſti auſpicij iam multa cadebat
Victima, concurſu glomeratur in agmina uulgus,
Et noua conſpirat certatim in fœdera belli.
Seditionis amor uires, atq; arma miniſtrat.
Nuncius auſa patri hæc manifeſtat atrocia gnati
Rumor, & ingentem uulgi coiſſe cateruam.
Hæc nimio Iſaiden horrore pericula turbant
Heroëm, unde ſecat mentem in contraria curis,
Quamq; uiam inſiſtat perterritus ambigit auſis.
Maturare fugam mota ergo pericula cogunt.
Hinc ſic audito gnati arma furore mouentis:
Haud differre fugam ſinit, hæc fortuna penatum

Turbæ mœſtus ait, fugiendo èuadat oportet
Vimq;,minaſq; truces furor hanc ne Martius armis
Obruat, obſideat Solymæ ſi mœnia ferro.
   Sic comitãte domo,ac famulæ Rex agmine turbæ
Vrbe uiam egrediens molitur, & imminet oris,
Tuta quibus ſedes fugientes munit aſylo.
Ingens turba fugæ comes it, regemq; tuetur,
Quo monitore decem, maneat quas cura tuendæ
Forte domus,perhibent Solymæ manſiſſe iuuencas,
Regem concubitu quarum uſum fama fatetur.
Denſa cateruatim portis ſe effundit apertis
Turba pedes, Regem ſtipant legione Cerethæ,
Ac Pelethæ gentes, & milite cincta Gethæo
Magnanimo,belliq; cohors aſſueta labori.
Sexcenti anteeunt præſtantes robore Regem,
Et uirtute uiri uel uitam fundere prompti,
Hoc ſi Regis honos, ſi uita tuenda requirat,
Aduerſi ſurgant aut ſi qua pericula belli,
Hos ex urbe ferunt ſectatos Gethide Regem,
Quondam cùm premeret ſors dura laboribus illũ,
Auxilioq; minis hoſtilibus actus egeret.
   Iam remorante gradu ueſtigia lenta premebant,
Stans propè Gethiden Rex ſic adfatur Ethaum:
Aduena nobiſcum quid ad extera littora tendis,
Cur patrias oras,cur tecta,lareſq; relinquis,
Et te nobiſcum fortunæ caſibus offers?

Lux heſterna diem pulſis cùm ſpargeret umbris,
Veniſti, & nobiſcum eadem te ſata ſequentur,
Vt ſimul exul eas, quo nos fortuna uocabit?
Me monitore gradum reuoca ſub tecta penatum,
Germanoſq; reduc tecum, hi ne clade laborent.
Teq; illoſq; redux metuendis eripe damnis.
Eſt ſatius patrias uos inde redire ſub oras,
Quàm temerè triſtes nobiſcum accedere caſus.
Nos quo fata uocant, uia quà datur apta, ſequamur.
Vos Deus auxilio dignabitur, eſſe quòd hoſtes
Nobis uos pietas uetat ulli haud dedita fuco.
Talia fatus ibi Rex eſt, reſpondet Ethaus:
Inclyte Rex aliò non ibo timore pericli
Vllius, una ſalus, eademq; pericula ſunto.
Nec fratres reuocare meos ueſtigia cogam,
Siue mori tecum poſcar, ſeu uiuere poßim.
Hæc Regi reſponſa placent, iubet ergo, quod optat
Ipſe, ſequi, & comitem ſeſe ſociare laborum.
Agmine cum ſocio ſic unà migrat Ethaus,
Et numeroſa ſimul ductore frequentia uulgi
Rege, leuemq; quatit lacrymoſis uocibus auram.
Profert turba gradus, & Cedron traijcit amnem,
Ducentemq; uiam deſerta ſub auia carpunt.
Huc Sadocen etiam, reliquos huc fama Leuitas
Iſſe ſacerdotes, arcam qui more ferebant
Fœderis, atq; loco ſtatuebant ritè petito.

Achime

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Achimelechides autêm Abiathar ordine turbam
Editiore loco longê luſtrabat euntum,
Totam per portas dum ſeſe effudit apertas.
Forte petita gradu celeri deſerta tenebant,
Rex Sadocen arcam monet inde reducat in urbem,
Et ſi mitis opem uotis Deus annuit inquit,
Signa dabit doctura uiam, doctura fauorem,
Meq;, fugam unde dedi, tutum reuocabit eòdem.
Sin minus incolumem eſt huic me ſeruare uoluntas,
Mens quodcunq; iubet flecti conſueta, ſequatur.
Indignante feram hoc patiens onus omne laborum.
I, gnatumq; tuum Achinaan, dulcemq; nepotem
Duc tecum, ipſe latens ſterili ecce morabor eremo,
Dum mihi miſſa uiam ſectandam nuncia pandant.
Iuſſa ſacerdotes hæc auſpice Rege capeſſunt.
Montis olíueto iuga conſita nititur alti
Haud lento ſuperare gradu Rex nudus & humens
Imbre genas, & crine dolens ſqualleſcit operto,
Cuius ad exemplum ſe uulgi accommodat agmen.
Exequitur dum cum ſocio Rex talia uulgo,
Gnato Achitophelen periuri fœderis ictu
Iunctũ fama docet Regem, unde Deũ anxius orat:
Conſilium illius fac triſti fine loquatur
Exitus autori diram mouiſſe ruinam.
Fortè iugo aereo Rex ſuccedebat opaci
Montis, opem oraret diuinam rebus acerbis:

 Obſitus

Obſitus huic lacero ſquallentia corpora panno,
Puluureoq; ſitu, atq; Arachitide gente creatus
Fertur in occurſum chuſaus, & erro uagatur,
Cui Rex: forte ſequi tibi me eſt ſi prompta uoluntas,
Nil prodeſſe potes, nec onus releuare laboris.
At releges greſſum ſi non remoranter in urbem,
Abſalon & tali tibi conciliare labores
Voce: mihi ferro Rex inclyte demere uitam
Parce, tuoq; cliens mea dedam pectora regno,
AEternoq; colam ſtudio, Regemq; uerebor
Te, genitore tuo neglecto, ac iuſſa capeſſam,
Et ratione geram, quam tute fateberis æquam.
Vt patrem antè tuum colui, agnouiq; monarcham:
Sic te poſthabito ſequar illo, unumq; uerebor,
Hac & Achitophelæ remoraberis arte furorem.
Eſt Abiatharides, Sadoces & in urbe ſacerdos,
Omne quibus facinus, quod perfidus Abſalon edet,
Pande, mihiq; horum ſubitò reſponſa remittas.
    Hæc obit, & Solymam tendit Chuſaus ad urbẽ,
Qui cùm iam tetigit muris uicina petitis
Rura, ducem uidit periuro milite cinctum
Abſalon huc penetrare, uiam quà pandit apertis
Vrbs portis, & eo denſas ductore cateruas.
    Iſaides ſuperârat iter breue greßibus heros,
Siba

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Siba Miphiboſethæ huic uolat obuius ecce miniſter,
Munere qui binos Cereali onerârat aſellos,
Atq; uuis paßis, ficuq; recente, meriq;
Nectarei uaſis ſpumanti humore repletis.
Rex quid dona uelint ſibi talia poſcit euntem
Sibam: qui perhibet comitum hæc ſe Regis ad uſum
Adportare, ſalus ut ſi uitæ ægra requirat,
His recreare bonis languentia robora poßint.
Hoc rogat audito Rex ſit Saulæus ubi hæres,
Ille remanſit ait Solymæ has me abeunte ſub oras,
Seq; potiturum regno ſpe iactat inani,
Et feruens odio omne tui molitur, & urget
Seditionis opus, namq; imperij ambit honorem,
Teq; cupit pulſo dominari more monarchæ.
Talia narranti Regem hæc eſt fama locutum:
Illa Miphiboſethen rabies quia uiribus armat
Me contra, adfectat dum noſtri inſignia regni,
Illius te dono bonis, hæredis ut horum
Ius habeas, ut, quæ pariunt, tibi commoda cedant,
Hæredem æterno quorum te iure tuebor.
Me licet inuidiæ rabie uexatus, & æſtu
Seditione premat, cieatq; furore tumultus,
Irrita cœpta Deo tamen aduerſante dolebit.
Audit ut hæc promiſſa pium teſtata fauorem
Siba, fidem dat ſe meriti, dum uita ſuperſit,

Immemorem nullo fore caſu, tempore nullo,
Et rogat ut promiſſa fides teſtante ſequatur
Euentu, meritoſq; uiciſsim ſpondet honores.
Agmine pòſt penetraſſe Bahurida cinctus ad urbē
Fertur Ieſsides, cui portas urbis ad ipſas
Obuius it furijs exercitus incola, uitam
Quem duxiſſe ferunt Sauleæ ſtirpis ab ortu,
Et Semeo nomen cui fama fuiſſe fatetur.
Imminet, & maledicta ſerit, conuiciaq; edit,
Et rabiem linguæ ſceleratæ crimine prodit,
Vimq; execrando, cœdemq;, atq; arma minatur.
Et ſaxis ipſum Regem, ſocioſq; fatigat,
Quæ ceu tela uiros aduerſos torquet in omnes,
Ac prodi ſitiens ſine fine Tyranne cruorem
(Clamat) & efficiam proprij te ſanguinis hauſtu
Exatures, belli finemq;, modumq; ſequaris.
Me diuina domum Sauleam ultore poteſtas
Vindicat, & fuſo toties pro ſanguine pœnas
Te, regni quem ſceptra manent indebita, poſcit.
Saule necem paſſo decus adfectare Monarchæ
Auſus es, & uetitæ tibi poſcere ſortis honorem.
Iure tuū gnatum Deus ultorem ergo furoris
Excitat, imperij eſt data nunc cui ſumma poteſtas.
Te uero diris ſors aſpera caſibus anget,
Quòd ſine fine ſitis effuſum cœde cruorem.
Saruiades Abiſaus ubi conuicia ſpargi

Hec

Nec impunè notat, tacitis ſic omnibus infit:
Cur impunè uomit conuicia peßimus erro,
Non niſi morte canem functum qui uiribus æquat?
Ibo, feroq; caput ſcurræ ancipiti enſe recidam,
Deſinat ut linguæ laxare ferocis habenas.
Talia conantem hac Rex cœpit uoce morari:
Quid tecum mihi Saruiade, ſine tale ſequatur
Auſum impunè, Deo mouet impulſore, quod audet.
Non eſt ergo tuum cauſam indagare furoris,
Aut abolere uirum, quem me contra Deus armat.
Si, qui membra meo, uitamq; è ſanguine ducit,
Vi manifeſta mihi crudeli bella minatur,
Quid mirare premit ſi me rabie excitus hoſtis?
Ergo minas prohibere caue me talia uerſant
Conniuente Deo, uexantq; pericula curis.
Me Deus exercet, patiturq; doloribus angi,
Miteſcente modum quo pœna ferenda ſequetur.
Vt finem impoſuit dictis, maturat eundo
Rex greſſum, ſocioſq; uiam celerare laceßit.
At ſpargens ſine fine latro conuicia Semeus,
Montis ad aërij gradiens iuga deſuper ictu
Saxorum infeſtat Regem, maledictaq; ſpargit,
Terrenoſq; globos, inſultat & omnibus unus.
Cum ſocio optatam tetigit Rex agmine ſedem,
Et ſua membra uiæ deſeſſa labore refecit.
At periurus adit Solymam eius filius urbem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Imperijq; decus ſceleratis arrogat auſis,
Huc duce Achitophele, uulgo huc comitãte frequẽti.
Venit ut ergo ſimul Solymam Chuſaus ad urbem
Carus amicicia digno candore Dauidi,
Abſalon & geſtu, & conſueto more ſalutat.
Ille gradum unde ferat rogat, & ſic ora reſoluit.
Illane te pietas nobis declarat amicum,
Illane digna uiro uirtus candore mereri
Laudem optante, reum ſua qnem periuria produnt
Pœnæ? cur data ſceptra negas mihi cedere regni.
Poſthabito curas cur gnato patris honorem,
Et mea, ceu faciunt alij, non iuſſa capeßis?
Hoc animi reſponſo Arachites ſenſa renudat:
Namq; Deo imperij faſces autore potentis
Incumbunt humeris, quod non obſcura loquuntur
Signa, tuis, teſtantur idem & ſuffragia uulgi,
Me candoris amor ſtabili tibi fœdere iunget.
Vt, colui antè tuum quo ſemper honore parentem,
Te ſimili pietate colam, dum uiuo, monarcham.
Conſiliũ, hæc ubi geſta, ducẽ motæ impius autor
Seditionis, & illiciti adfectator honoris
Poſcit Achitophelen, uia quæ ſectanda superſit.
Ille toro addictas patrio fœdare iuuencas,
Et turpem inceſto iubet igni explere furorem.
Vulgus ut omne patri hunc labẽ intentaſſe pudendã
Audiat, atq; illi ſe credere fortius auſit.

Sic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Sic oculis uulgi expoſito Rex impia tecto
Stupra parat, dirum & ſectatur adulter amorem.
Semper Achitophelæ, indicio uelut edita uatum
Caſibus in magnis oracula, pondus habebat
Conſilium, quoties obeunda negocia ſurgunt.
Aut res magna mouet Regi curanda laborum.

Autor Achitopheles crudelia facta ſequentis
Seditionis, opem arte noui conferre laborat
Conſilij domino, regni ille euadat ut hæres,
Et premat heroëm Iſaiden, atq; obruat armis.
Illius unde olim extimulat tali ore furorem:
ô Rex, imperio cui nemo ſecundus, & armis.
Hauriat inuictas uires animi ardua uirtus,
Regno fide nouo, noſtriq; perutile cœpti
Conſilium, ac monitus memor illius accipe ſummam.
Millia ſorte legam bello duodena uirorum,
Ac cùm nocte quies ſomno occupat alta profundo
Agmina, uita quibus ſecurè eſt credita Regis,
Illius armorum turbabo caſtra tumultu,
Exanimi uulgi quem deſeret agmen inermem.
Exitijq; metu tibi ſe ceu fœdere iunget.
Deſertum auxilijs perdent diſcrimina Regem.
Hæc Regi, atq; ætate uiris grauioribus æque
Omnibus arridet ſententia, ſolus eandem
Improbat, & cauſam reddit Chuſaus: & uſu,
Et uirtute uiros præſtantes caſtra tueri,

Ac uia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Ac uitã memorat, Mars cùm gerat arma, Dauidis,
Auſa ſecuturam perhibens temeraria cladem.
Sæuit ut urſa, ſuos catulos huic quando uiator
Abſenti rapuit, ſtimulatq; reuerſa furorem:
Sic animum generoſa uiris ſua uiribus armat
Virtus, dextra ducem Iſaiden quorum adſerit armis,
Qui uirtute ſimul, bellandi pollet & uſu,
Magnanimoq; faces generoſas pectore prodit.
Arma mouere metu heroem mora nulla uetabit.
Audiet armari cùm te, ſociamq; cohortem
ô dux, cœpta labor metuo ne uana ſequatur.
Forte ſpecu ſe nunc cœco abdit, & agmen amicum
Nos premat inſidijs uenientes uictor ut hoſtes.
Quòd ſi prima cadet fato tibi pugna ſiniſtro,
Inferiorq; feres damnum lacrymabile bello,
Mota uiris animos terrore pericula frangent,
Teq; ducem exitij hos formido relinquere coget.
Quin & magnanimos forti qui mente leones
AEquat, & arte ſimul bellandi excellit, & uſu,
Arma metu uires animi exercente relinquet.
Nemo uirum eſſe tuum ſiquidem uirtute potentem
Patrem ignorat, & inuicto tentare ſecundas
Præſidio pugnas, quod uerum exempla loquuntur.
Conſilium ergo nouo non hoc erit utile regno.
Sed meliore mihi ſententia mente miniſtrat
Conſilium, Rex nulla ſequi quod damna uetabunt.

Berſabeem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Berſabeen inter, Danaidaq; eſſe quot urbes
Eximij uirtute uiri, belloq; feruntur,
Agmen, ut arma iuuent communia, cogat in unum
Præco, phalanx coëat ſocijs ut denſa cateruis,
Aduerſæq; ducem ſine clade laceſſere turmæ,
Et uexare feret non ulla pericula regno.
Aereis operit uelut arua uirentia guttis
Roridus humor: eum totidem, uel plura tumultu
Arma fatigabunt, & ſe circum undiq; fundent
Agmina, uictores & nos fortuna iuuabit.
Vna ducem, ſocioſq; graui diſcrimine mergent.
Quòd ſi neſcit opi ſociæ confidere bello
Turbidus aduerſo, munitaq; mœnia portis
Occupat, & muro circundatus arma minatur:
Funibus omne uirûm genus urbem cinget eandem,
Ac demoliri rapidum haud abſiſtet in amnem,
Donec ad ima uadi ruat omnis ſaxea moles.
Conſilio hoc euerſa prior ſententia mentem
Huic mutat, remoram cœptis diuina poteſtas
Inijcit, auſpicio cœleſti talia fiunt.
Adfectatorem manet Abſalon auſpice regni
Pœna, moram uetitis quæ poſt paruã imminet auſis.
Hinc Chuſaus Abiatharem, Sadocenq; ſub oras,
Geſta ſacerdotes clàm miſſo Regis ad aures
Hæc aperire uiro, inſidias ut uoce latentes
Indice diſcat, & euadat quas arma minantur

Huic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Nuic aduerſa neces, & uim, quam perfidus hoſtis
Immanem cieat. Fuga nocte ſilente per umbras
Exitio eripiat Regem, ſocioſq; requiri,
Et uaſtæ ulterius Rex ſe ne credat eremo,
Ne diram ſubeat ſocio cum milite cladem.
Fontis ut illimem ſtabant Rogelis ad undam
Achimaas, Ionathasq; uiri, quos ire ſub oras,
Caſtra Dauideæ quibus ibat fama morari,
Turba ſacerdotum forſan clam plebe uolebant.
Miſſa puella (metus ſiquidem exitij impedit urbem
Hos intrare) refert Regi memoranda Dauidi
Nuncia, quod caſu cùm proditor aure notaret,
Atq; oculis, certum celer efficit Abſalon horum.
Ambos unde uiros non parua pericula uerſant.
At fuga declinat uim diri cauta furoris.
Ingreſſos urbem formido Bahurida cogit
Abſcondi puteo, pereant ne cœde, profundo.
Præſtat opem paßis triſtes pia fœmina caſus,
Quaq; poteſt ratione mali ſolatia præbet.
Vt lateant tuti, ac uitæ diſcrimina uitent,
Os putei proprio ſupremum uelat amictu,
Granaq; ſe ſimulat frugam ſiccare ſub æſtu.
Hac furor arte coquit rabiem deluſus inanem
Hoſticus, auxilio matronæ impunè Dauidem
Tutorem ambo petunt, acceptaq; nuncia pandunt
Præcipitare fugam gelidi trans Iordanis undas

Ore monent, non ferre moram diſcrimina narrant.
Rex pauet audito, ſua cogit & arma periclo,
Peneadenq; uadis ſe credens traijcit amnem
Tempore, quo nox atra tegit caligine terras.
Infelix ergo curis exercet inertem
Error Achitophelen, turpiq; pudore fatigat.
Vnde ſuo uotis deluſis aptat aſello
Continuò phaleras, & frena regentia greſſum,
Ac patriæ urbis adit portã, & ſua tecta frequentat,
Et laqueo poſt compoſitas res ordine uitam
Finit, & extremas furijs obit excitus horas,
Turpibus exuuijs dedit incola patrius urnam.
Iam dux Iſaides Mahanaida uenit in oram,
Iordanis eſt tumidi rumor ſuperaſſe carinis
Abſalon innumeris ſtipatum millibus undam,
Qui Ioabæ elegiſſe ducis uice fertur Icthræ
Sanguine cretum, homines Amaſan dixere uetuſti,
(Quem Naæ uiolaſſe ferunt Abigaila gnatam,
Quam Ioabes matrem, germanam Saruia uidit)
Hoc duce militiæ Galaida uenit in oram.
Littora iam tetigit Mahanaidos aduena terræ
Ductor Ieſsides, en diuerſæ incola terræ
Creber adeſt & honore, modo quo conuenit, auget,
Et uarijs donis, pars ſtragula idonea caſtris,
Pars pandas lances offert, pictoſq; tapetes,
Pars Cereale bonum, tellus quas alma miniſtrat,
Diuerſas

Diuerſas fruges, armentaq; grandia tauros,
Lactentumq; greges tenerarum, ac dona butyri,
Et de lacte recens concreta coagula portant.
Namq; famem tolerare uiros, ſiccaq; laborem
Fauce putant, ſterili dum caſtra morantur eremo.
Prælia forte parant aduerſa ferocibus hoſtes
Viribus, Iſaides ſociam Rex ordine turmas
Inſtruit, ac belli rectores ductor habenis
Præficit, una ducem Ioaben pars accipit armis:
Altera Saruiade eſt Abiſao tradita nutu
Regis, ope arma gerit ſimili ductoris Ethai
Tertius ordo modo, hi tres agmina tota gubernant,
Pugna mouet quoties anceps in prælia Martem.
His inſtructa modis iam prælia turma parabat,
Rex primo ancipiti ſe credit in agmine pugnæ,
Et famæ certare ſuæ pro laudibus ardet.
At populi pietas non hunc exponere belli
Se patitur fortunæ, hoc uno ſoſpite uulgus,
Et proceres perhibent non eſſe pericula regno
Vlla timenda, caput debere potentibus armis
Vſq; tegi, aduerſo ſatius cecidiſſe tumultu
Millia dena uirûm, quàm ſaluo occumbere uulgo
Regem, quem caput imperij ſua fata credrint,
Qui decies quo mille uiri arment robore uires,
Quæue ferant famam cœli uirtute ſub auras,
Vnus idem decus æquat, & æthera nomine tangit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Ordine iam longo portis ſe effundit apertis
Bello accincta phalanx, ductoribus imperat heros
Iſaides, ut, ſi facili uictoria fato
Cedat, ab infeſtis conſeruent Abſalon armis,
Et ſaluum, ſequitur finem cùm pugna, reducant,
Omne globo campis iam ſe ſtipabat apertis
Agmen, utrinq; manus ingens conferre cupido eſt.
Eſt ſtatio caſtris denſo circundata ſaltu,
Quæ uicina iugis ſita fertur Ephraidos oræ,
Illo pugna loco exoriens primum aſpera ſurgit.
Eſtq; Dauideo fugientis ab agmine uulgi
Ingens fuſa ſeges, procerumq; caterua ſub armis.
Hoſtili armârant ſocias qui robore uires,
Millia dant bis dena uirum certamine fuſi
Morti purpureas animas, prædamq; relinquunt.
At plures denſæ ratione pericula ſyluæ,
Quàm belli rabies ſtygiam miſere ſub umbram.
Auſpicio pugnæ gens deficit acta ſiniſtro,
Et fortuna fugam quà non infeſta moratur,
Hâc ruit, exitij huic mentem formido fatigat.
Hæc quia cōſequitur ſors primū aſprima pugnā,
Spemq; adimit profugis ſeruandæ penè ſalutis.
Abſalon ardentem furijs ſuus armat in hoſtes
Impetus, & ſtudio uincendi exercet inani.
Dum molitur in aduerſos certamine pugnam,
Et mouet arma uiros, & gliſcens edere ſtragem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Inſidet altus equo, denſæq; ſub ilicis umbris
Fertur, ut infeſto data uulnera terga fatiget,
Apprenſis ſubitò per inania crinibus auræ
Hæret, iners ferali & truncus ab arbore pendet,
Subducto quà curſus equo, quàq; impetus urget.
Nunciat hoc aliquis Ioabæ, qui talia fatur:
Quòd ſi mactaſſes hærentem cœde capillis,
Dante decem ſiclos meriti me dona tuliſſes,
Cingulaq; apta uiro, famam qui quærit ab armis.
Huic ait ille: dares tales ut mille monetas,
Nequaquam autorem me diræ ſæua uoluntas
Efficeret cœdis, qui regia mente reuoluo
Iuſſa memor, gnato parci qui cœde uolebat,
Si fortuna daret nobis auguſta triumphos.
Non impune necem diram furor ergo patraret,
Regis obire decus famæ mandata meretur.

Hoc ſæuam Ioabes reſponſo accenſus in iram,
Quam renuit cœdem ipſe, parat committere ferro,
Sanguineaſq; manus tribus armat atrociter haſtis,
Hærentiq; comis trux abdit in ilia gnato
Regis, opem armigeri iuuenes crudelibus auſis
Deni cœde ferunt, pendentis ab ilice trunci
Vitalem eripiunt per uulnera dira uigorem.

Hoſte iacente uiros reuocat clangore tubarum
Terga fatigantes, fuga quam rapit anxia, turmæ,
Dux Ioabes, uulgo quia parcere cogitat armis.

Armis extinctum uaſtæ Abſalon abdit hiatu
Speluncæ, atq; operit lapidum alto monte cauernas
Turba nefas hoc auſa, fugam dat pulſa iuuentus,
Mouerat aduerſo belli quæ Marte tumultus.
    Abſalon (orbus erat quoniã omni hærede) colũnã
Erexiſſe ferunt, ubi Regia nomine Vallis,
Vt monumentum eſſet meritæ laudabile famæ.
Achimaas Regem iam præpes adire parabat.
Prælia felici memoraret ut edita fato,
Hoſtilemq; Deo pœnas autore furorem
Expendiſſe, uiam Ioabes hac uoce moratur:
Non hac luce rei bonus actæ nuncius ibis,
Regius æthereas animam qua gnatus in auras
Singultauit, erunt alio noua proſpera caſu,
Ordine quæ geſto te non aperire morabor.
His iniecta uirum mora uerbis tardat iturum.
    At dux militiæ Chuſum iubet ære merentem
Regia tecta petat, remq; index ordine geſtam
Expediat, memoretq; modo quo uicerit hoſtem,
Gens, quæ bellando illius tueatur honorem.
Ille ducis quod iuſſa monent, ueſtigia carpit
Quà uia recta pedes regalem ducit ad arcem.
Quod ſimul Achimaas didicit, pede præpete greſſum
Continuans Chuſum præuertitur alite paſſu
Curſorem, tardat quem pectore languor anhelo.
Præcipitem curſu obſeruat ſpeculator ab alta

Turre uiatorem, Regi clamore figurat
Accelerare uirum nullo comitante uolucres
Huc greſſus, Rex indicium ſimul auribus haurit
Tale, uiam ſi ſolus (ait) molitur eundo
Nuncius, euentu belli ſortuna ſecundo
Ceßit, & optatos pugnæ aſpirauit honores.
Huic ſpeculator, adeſt etiam alter ad arua uiator
Pernici uicina gradu rapidißimus, inquit.
Rex ait: hunc etiam lætam portendere ſortem
Auguror aduentu, quæ noſtris fauerit armis.
Rex auidè expectans ſolio ſe forte locârat,
Nuncia, quæ belli ſucceſſum allata docerent:
Imminet Achimaas, remq; indicat ordine geſtam.
Abſalon antè omnes genitor quæ fata ſequantur
Inquirit, ſaxis congeſtum nuncius inquit
Montem, quem tumuli lugubria ſigna tenebant,
Diſcedens, aliudq; nihil lacrymabile uidi.
Hoc Rex audito ſecedat ut abditus orat,
Donec idem alter, ubi pede nõ remorãte propinquet
Nuncius indicium, ſi res ita geſta, ſequatur.
Qui ſimul accedit, non diſſona uerba prioris
A ſermone uiri memorat, triſtiq; periclo
Occubuiſſe refert infeſtis Abſalon armis.
Hoc pauor audito Regi ingens occupat artus,
Et quatit ingenti pauitantia pectora luctu.
Dux Ioabes horrore graues hauſiſſe dolores
Regem

Regem cùm didicit traiecti ob uulnere gnati
Interitum, curis animum auſi conſcius angit,
Sollicitoq; metu pœnæ horret damna futuræ.
Quin populo, cum ſama graui langueſcere Regem
Rettulit ob gnati crudelia funera luctu,
Occupat oſſa tremor, mentemq; doloribus urget.
Et terrore fugam moliri penè laceſsit.
Quærere mota ſpecus cogit, cœcasq; cauernas
Hæc formido uiros, illa nec luce penates
Vrbis adire, nouo qua tunc| mœrore morari
Adfectum norunt Regem exercere dolores,
Quos ſedare ualent ſolatia nulla medendo.
Tanta ſuper gnati genitorem cura fatigat
Funere, tanta noui uis haurit robora luctus.
Has triſti faciem geſtu uelatus in auram
Ingeminat uoces : fili ô cariſsime fili,
ô funeſta truci perpeſſe pericula bello,
Me pariter mergent tua triſti funera leto,
Et dolor ante diem perimet mihi robora uitæ,
Qui premet extincto te patris pectora curis,
Donec eat mortem patiens mea uita ſub umbras.
Rumpenti tales imo de corde querelas,
Vocibus his luctum Regi ſedare laborat
Dux Ioabes : animum Rex ô inuicte quid urges
Sollicito mœrore, modumq; adhibere dolori
Non uirtute paras, qua nulla pericula curas,

Quaq; graues toties didiciſti uincere caſus?
Cur auſum inſidijs, cur uim certamine gnatum
Intentare, doles uitam fudiſſe ſub armis?
Cur & præſidio qui teq;, tuoſq; penates,
Sanguine qui texêre uiros confundis, & urges
Inuiſos odio, num præmia talia reddis,
Pro te qui belli ſe exponere cauſibus audent,
Et pro laude tui uitare pericula regni
Nulla ſolent, & te ſtudio uenerantur, & ornant?
Cur, manifeſta probat ratio, & quos exitus hoſtes,
Nilq; niſi pœnam dignare fauore merentes?
Soſpite nos omnes uno ſi prælia gnato
Vulnere miſißent ſtygias aduerſa ſub umbras,
Hæc tua nil mentem fortuna dolore grauaret.
At quia fata tulit ſaluis lugubria nobis
Gnatus, habet nullam finemue, modumue coquendi
Luctum cura, licet non cauſa ſit æqua dolendi.
Ergo age ſi qua manet uirtus, aut cura ſalutis
Surge, metuq; uiros ſolitos tua regna tueri,
Ob te ſollicitant nunc quo ſua corda dolentem,
Libera corda gerant fac miti uoce, notaſq;
Ede tuæ uerbis placatæ mollibus iræ,
Quòd ſi conſilio facili parêre recuſas
Mente, ducem populi te deſeret omnis eodem
Momento, unde prement te dira pericula Regem.
Hinc Rex auſteros pacato pectore uultus
Exuit,

Exuit, ad portæ petit & munimina ſedem,
Quod quia fama refert totam uulgata per urbem,
Copia magna uirûm cöit, huc Regiq; propinquat,
Placatum loquitur quem ruga remota ſereno
Vultu, & paulatim poſito miteſcere luctu.

Porrò audita uolat crebro hæc ſermone per omnẽ
Vox hominum turbam: Nos uictor ab hoſte redemit
Diuerſo Iſaides heros, domuitq; ſuperbas
Gentes, & gnati obſurias ſua ſceptra relinquet,
Nec noſtro ſua præſidio reparabit ut hæres
Regna, geretq; decus, quo regius eminet ordo,
Ornat & imperij maieſtas ſumma monarchas?
Heröi hæc allata pio eſt cùm fama ſub aures,
Hæc ætate graues hortatur amica moneri
Dicta uiros: quæ cauſa moræ uos tardat, & error,
Ad ſua me Regem ne tecta reducere uobis
Surgat amor, cur hæc alijs uos cura colonis
Tardius attingit iunctos mihi ſanguinis ortu,
Cur Amaſan iræ formido fatigat inanis,
Cur alios terrore duces agit irritus horror?
Teſte Deò rata dicta ſero: dum uita manebit
Huic ſua, militiæ pulſo ſuccedet habenis
Dux Ioabe, mea cui non iuſſa capeſſere curæ eſt.

Hac ratione nouo pacto uelut obligat omnes,
Conciliatq; uiros, quos antè cupido coëgit
Stulta ſequi amentes uetiti periuria regni.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Sic populo repetit ſua regna iuuante labores
Iſaides heros, belliq; pericula ceſſant.
Excipiunt reducem læto clamore coloni,
Nauigioq; uehunt tumidas trans Iordanis undas.
Hi Regem, & ſocios eius, turbamq; penatum.
Ducit & huic Semeus dux obuius agmen ouantum
Mille uirûm, reduci ueluti gratatus honorem.
Quin & Siba, domus quo olim Saulæa miniſtro
Dicitur uſa, uiæ comites pater ordine gnatos,
Ac famulos longo ducens uada præuius undæ
Rege ſequente ſecat, temnitq; pericula ſtagni,
Vt pateat Regi, ac ſocijs uia tuta per amnem,
Qui tumet undoſo fluctu, & ſe uortice torquet.
Remigio iam cœruleas ſuperâuerat undas
Rex, comitumq; cohors, & ripas prora ſubibat:
Supplicis ante pedes ſe proijcit ecce Gerides
Regi more uiri Semeus, ueniamq; precatur
Culpæ, periuro quòd eum antè reliquerit auſo,
Obſidione furor Solymam cùm cingeret urbem
Belli, ſeditioſa uiros quo cauſa mouebat.
Saruiades hæc aure notat, uoceſq; profundit
Tales: an Semeo ueniam periuria faſſo
Annuis, & non hæc curas Rex morte piari?
An non magna ſatis pœnas huic noxa meretur?
Huic Rex: Saruiade quæ te dementia uerſat,
Vt ſtygio acta trahant œſtro tua corda furorem?

Num

Num capite ob crimen plecti leue creditur æquum?
Supplicij ueniam quædam ſibi noxa meretur.
Illa refert uitamq; uiro Rex donat amico.
    Sauliden etiam poſito redeunte tumultu
Belli Rege uirum celeraſſe uiam alite narrant
Forſan equo, Regem quà fama uenire canebat.
Qui, Rex Iſaides quanto foris extera geßit
Bella, ſuam tanto tonderi tempore barbam
Noluit, aut ueſtes humore, pedeſue lauari,
Illæ animi ſordes eſſent ut ſigna dolentis.
Regis ob aduerſam ſortem, caſusq; ſiniſtros.
Venit ut ergo, gradum quà Rex, ſocijq; ferebant,
Saulides, à rege fugæ cur eſſe negârit,
Fortunæq; comes, dedit hæc reſponſa rogatus:
ô Rex cauſa tuis quæ me ſociare requiris
Impedijt caſtris, cùm ſæua pericula belli
Externam ire domo urgebant comitante ſub oram,
Illius eſſe rei rationem concipe talem:
Me claudo pede triſte pati Rex inclyte damnum
Mente tenes memori, ſine equo nec poſſe ſub oras
Longinquas proferre gradum, remoratur euntem
Vis morboſa pedum, cùm terras ergo parares
Pulſus adire ſoli à patrij regione remotas,
Sternere dorſa mei renuit mihi iuſſus aſelli
Siba, premi dignam cui culpam aſcribe, miniſter,
Me tibi criminibus nitens qui reddere linguæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Inuiſum, periura dolo mendacia dixit.
Et quia iuſticiæ te ſedula cura gubernat,
Poſce modo quouis me pœnam, impunè licebit,
Si qua reum me culpa tibi manifeſta fatetur,
Te iuſtam impediet pietas excedere metam.
Iure tuo fateor me cœde, meoſq; penates
Infeſtare potes, mihi copia nulla tuendi
Vitam, quod comitem tibi me iunxiſſe laboris
Non uoluiſſe dolo uidear, cùm bella moueret
Seditione tuus te contra perfida gnatus.
Arma ſed excutiet tibi uictrix protinus iræ
Gratia, qua tua ſe miſeris clementia prodit,
Præſtitit ærumnas mihi quæ bona magna ferenti,
Et meritis mala ſæpe ſuis toleranda leuauit,
Pro quibus ipſe meam tibi debitor obligo uitam.
Talia ſollicito uir pectore uerba profundit,
Cui Rex: quæ promiſſa dedi cum ſceptra monarchæ
Saulide acciperem fato, non ulla retracto.
Tecum Siba uelim patrios ego diuidat agros,
Vt bona, quæ parient, uobis communia cedant,
Vna duobus eat potiendi hoc iure poteſtas,
Commnni ratione ferant hi commoda uobis,
Ruris opes pariant & magno fœnore fundi.
Ille: mihi uitam tua dum clementia donat,
Vnus opum ut poſſeſſor eat nil Siba morabor,
Te reducem modo fata uelint dum dextera Regem
Adſerat

Adſerat imperij decus ut tua nobile uirtus.
Hæc ait, & reperit placato Rege fauorem.
Bercellaus iter cano iam tardior æuo
Obuius ad peregrina legit quoq; littora greſſu,
Auxilioq; uiæ Regi lenire labores
Promptus adeſt, & dum Iordanem traijcit amnem
Agmine cum ſocio is, uada remo cœrula ſulcat,
Et tumido arte premit commota pericula fluctu.
Iam uitreas emenſa uias uicina tenebat
Littora claßis, iter comes ulteriora ſub oræ
Illius arua legit Galaidos incola terræ,
Quem Rex ſollicitat ſecū ut Solymā hoſpes ad urbē
Ire uelit, reliquos uitæ hic traducat ut annos.
Et Regale uiro tectum, ſedemq; ſuperbam
Annuit, hanc urbem ſi non habitare recuſet.
At promiſſa, nouumq; pius detrectat honorem
Ore ſenex, & delicias mea reſpuit ætas
Aulæ (inquit) breue curriculum mea uita ſequetur,
Claudet & annoſam mihi mors inimica ſenectam.
Me nitidæ ergo ſenem iuuat aulæ nulla uoluptas,
AEuo laſſa petit non talem uita diætam,
Muſica nulla poteſt me delectare ſonoris
Vocibus, exercet me uicinæ anxia mortis,
Et lautis inhiare uetat meditatio menſis.
Nil opus officio has pro uili reddere grates,
Haud onerare mihi te ſumptu eſt ulla uoluntas.

Auxilia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Auxilio ueni quoquo lenire laborem.
Me ſine quæſo meas referam Rex magne ſub oras.
Vt patrio ſuprema ſolo mea fata ſenectus
Finiat, exuuiaſq; meas tegat urna parentum.
Si quenquam ad Solymã iuuat hinc abducere ſedem,
Me Chamaan monitore potes, cui prõpta uoluntas,
Et cui uernat adhuc ætas iuuenilibus annis,
Huic quocunq; uoles merito ſeruire licebit.
Conſtitit, ad patrias & ituro baſia terras
Rex figebat, iens dulcemq; reliquit amicum,
Cumq; omni populo Galgalida uenit ad oram.
Nempe pium magnæ gens tota tegebat Iudæ
Heroem, atq; uiam congreſſa legebat eòdem.
Dimidiam Iſraëliticæ modo fama fatetur
Partem iuiſſe pio ardentem conamine gentis,
Et ſtudio dandi Regi, quem debet, honorem.
Hæc etiam Iſraëlitas Regi eſſe locutos
Verba ferunt: nobis Rex te cur ſanguine iunctæ
Nauiguio eripiunt uectum trans Iordanis undam
Gentes, ac prohibent noſtris conſiſtere terris?
Dant reſponſa ſoli cultores talia Iudæ:
Nam patrio nobis propiorem ſanguine Regem
Nouimus, hæc illum nos cauſa reducere cogit.
Vtilitatis opus ſpe nulla tale paramus,
Munera nulla mouent, patriæ ſed gentis origo.
Hæc incuſando gens altera dicta refellit,

Et

Et cauſas uoti nequicquam adſerre laborat.
Nam Iudea modo meliori hanc natio uincit,
Et probat his terris Regem fas eſſe morari.
Fama uirũ ante alios inſignem crimine morũ,
Et ſcelerum autorem Bochro genitore creatum
Nil mentita refert, Sebam dixère penates,
Ille tubæ nitens clangore ciere tumultus
Nos aliena cohors ô Iſraelita Dauidis
Regis ab imperio, patrias repete incola terras,
Nullorum hæredes nos illo dante bonorum
Poſſumus eſſe (refert) nequicquam talia præſtas
Officia, & fruſtra ceſſa captare fauorem,
Et meritis magnos his deſine perdere ſumptus.
Gratia nulla redit, te præmia nulla ſequuntur.
A nobis animo eſt alieno, certa loquuntur
Signa quod eſſe ratum, Iſaiden nec cura ſalutis
Vlla manet noſtræ, huic tua gẽs nec gloria curæ eſt.
Defeciſſe ferunt hac Iſraelitida gentem
Ergo à Rege uiri perſuaſam uoce furentis.
Quæ ſectata ducem eſt ad talia crimina Sebam.
Nil autore nefas quo tale patrare ueretur.
At Regem Solymam uſq; uiri comitantur Iudæ.
Preſidioq; tegunt, & munia debita curant.
Regia tecta redux ipſo quo forte ſubibat,
Momento Iſaides, curat bis quinq; iuuencas,
Cuſtodes quas eſſe domus abeunte relictas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Illo fama refert) proprij munimine tecti
Claudi, conſtituens alimentaq; diuite ſumptu
Seruari, uiduoq; toro traducere uitam.
Nam coitu ſeſe non miſcuit amplius illis,
Sed ſine concubitu reſtantis tempora uitæ
Concedit, munitq; domum cuſtode fideli.
Expertem Veneris ſic uitam nulla uoluptas
His obſcœna notat, moreſq; libidine fœdat,
Soſpite donec agunt conceſſam corpore uitam:
Rex Amaſæ mandata duci dat cogat in unum
Totius, alma dies cùm tertia ſurgat, Iudæ
Indigenas, unàq; ſit illo tempore coràm.
Hæc Amaſas ut iuſſa gerat candore decenti,
Oppida dux diuerſa petit regionis Iudæ.
Sed mora detinuit ſpe Regis longior illum,
Sollicitudo graues mouit Regi anxia curas,
Turbato tales edit qui pectore uoces:
Non ſubito huc coëunt quia iunctæ fœdere gentes;
Nec redit ad iuſſam ſors duro exercitus horam
Caſu Amaſas, nec præſidio nunc prælior ullo:
Nos maiore premet belli autor Seba tumultu,
Et terrore minax, & aget potioribus armis,
Abſalon aduerſis conſtat quàm uiribus uſum
Inſidias nobis, nimq; intentaſſe fatemur.
Rex hæc uerba ſerens Abiſao præcipit, armet
Vt domini ille ſui ſeruos, Sebamq; ſequatur,

Antè, uirum excipiant ualidis quàm mœnia portis.
Haud mora Marte uiros Abiſaus & inſtruit armis,
Prælia qui Ioabe ductore ciere ſolebant.
Præſidio pariter Pelethos, forteſq; Cerethos
Inuicto ſociat, ſimul edere prælia doctos
Quoſq; uiros, uſu armorum, qui robore pollent.
Illorum auxilio diuerſa per oppida Sebam
Inſequitur, quà fama fugam hunc tentare fatetur.
Littora progreſſu tetigere Gabaonis oræ,
Vaſtæ molis ubi ſaxum, uolat obuius illis
Hic Amaſas, Ioabæ & ſine ſuſpicione propinquus
Inſidiarum, occulta parat quibus edere cœdem
Vis, Amaſæ quam nulla cauet formido pericli.
Vaginæ Ioabes ſua cinxerat ilia loro
Veſte ſuper, cuius facili enſem haurire ualebat
Dextra labore, doli ſecurum traijcit ictu
Illius hic Amaſan, quem dum blando ore ſalutat,
Ipſiusq; uolens uelut oſcula figere mentum
Crine tenet barbæ, defigit in ilia ferri
Mucronem, inteſtina fluunt per atrocis hiatum
Vulneris in terram, it defunctaq; uita ſub umbras
Vnius heu miſerè ſic uulneris occidit ictu.
Exitus hic ſequitur forſan periuria fato.
Hinc Abiſao urget Ioabes cum fratre minacem
A tergo Sebam, populum ſpectacula tardant
Triſtia confoßi ictu Amaſæ latus enſis acuti.
Traiectum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Traiectum ferro, ſparſumq; cruore cadauer
Vt uidêre, moram tardi fecere tuendo
Hoc quidam obſeruans mouet à regione uiarum
Corpus, agri ſulco ſepelitq;, exangue ſcorſim.
Velat idemq;, uirûm uideant ne lumina, panno.
Quo facto Ioabæ ducis omnes terga ſequuntur,
Ac Sebam infeſtis peſſundare uiribus ardent.
Et quoniam ille urbem fugiens intrârat Abelam,
Præcipuoſq; uiros belli antè coëgerat autor:
Obſidione domus circundant urbis Abelæ,
Bethmaachæq; hoſtile ſimul quam robore munit
Præſidium, oppugnant ambas hi fortiter urbes,
Ac demoliri tentant ualido ariete muros.
Hoſtiles matrona minas, ſtudiumq; colonos
Acre fatigandi ferro, armorumq; tumultu,
Viq; uiam portas intra adfectante notabat,
Hoc animi facto quæ nacta ſagacis honorem eſt:
Stans Ioabæ loquitur ſummo hæc è culmine muri,
Nonne decus uirtutis amas, laudemq; mereris
Egregijs factis, & cœlo laudibus æquas
Nomen, & heroem te mens generoſa fatetur?
Cur ergo molire tuæ hoc nunc immemor auſo
Laudis opus, geſtum quod gloria nulla ſequetur?
Euerſam patrias urbes cur inter Abelam
Expetis inſignem, ſibi quæ ceu mater honorem
Vendicat ante alias, caput et ſublimius effert,

Laus

Laus oritur ſancto unde Deo gratiſsima cultu?
Dat Ioabes reſponſa: nefas hoc moribus abſit
Quæſo meis, perhibes quod me patrare uirago.
Non ego nunc æquare ſolo ueſtræ ardeo muros
Vrbis, opeſue peto deletis cœde colonis.
Non habet hoc ſe cauſa modo, quæ bella miniſtrat,
Conciueſq; tuos iubet obſidione domari.
Eſt homo, Seba ſuum eſt cui nomen, Ephraidos oræ
Monte ſatus genitore uocat quem patria Bochron.
Ille manus contra Iſaiden, & prælia Regem
Armat, & huic belli uim ſeditione minatur.
Hic ueſtras intra nunc propugnacula muros
Occupat, & ciues uocat in certamina ſecum,
Quos ſimul exitio uiolenta pericula mergent,
Nî melior belli ſententia uertet amorem
Seditionis in hoc, qua Regi obſtare laborant,
Ne decus imperij fatale ſequatur honorem.
Autorem ergo, facemq; uirum mihi tradite ſolum
Seditionis, & extemplo pax candida uobis,
Optatam reddet bello ceſſante quietem,
Noſtra repentè phalanx & ab obſidiene recedet.
Hoc matrona fidem reſponſo læta dat, horæ
Vnius ſpacio ſeſe curare cruentum
Velle caput Sebæ tradatur ut enſe reciſum
E muro, pacem pacto ſi ſpondeat illo.
Hæc ita geſta, ſagax adſata uirago colonos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Prudenti ſermonē, ſalus quod publica poſcit,
Impetrat. Hi Sebæ caput à ceruice reuellunt
Enſe, duciq; ſuæ Ioabæ ratione ſalutis
Tradunt, pacis eat pactiq; inſigne recentis.
Seditionis habent talem periuria finem.
Dux uocat ergo tubæ ſocias clāgore phalāges,
Obſidione premit Ioabes nec atrocius urbem,
Dimittitq; uiros, adit horum quiſq; penates,
Ipſe redux Solymam greſſum maturat ad urbem,
Et Regi hiſtoriam, quo geſta ſit, ordine narrat,
Duxq; ſit ille uiris Iſraëlitidos oræ
Totius indigenis, & eorum præſidet armis.
At Pelethos Banaia regit, gentemq; Cerethām.
Siua uicem ſcribæ, quæſtoris Abura miniſtrat,
Præbet Ioſaphatæ ſed cancellaria munus
Achiludæ, præſunt Sadoces, atq; Abiathar aris,
Eſtq; Dauidis Iairites Ira ſacerdos.
Dira fames totos tres gentem exercuit annos
Tempore, Ießides heros quo regna gerebat.
Vnde Dei doctura ſubortæ oracula cauſam
Iræ conſuluit, cauſam reſponſa fatentur
Sanguinis autorem nece fuſi reddita Saulem,
Qui Gabaonitas inſontes fuderit armis,
Pollueritq; cruore manus, & cæde furorem
Exaturarit, & ediderit ui funera ferri,
Illius inde ſequi diſcrimina dira nepotes.

Rex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Rex Gabaonitas uocat audito ergo colonos
Indicio culpæ, famis unde pericula ſurgant
(At non ſtemma trahunt patriam Iſraelitidos ortæ
Gentis, Amorrhei populi ſed fama fatetur
Relliquias Gabaonitas, quos fœdere quondam
Iſraelita ſibi ſociauerat incola belli,
Hinc illos odio preßit Saulea Tyrannis,
Et diris uoluit deletos funditus armis)
Quoq; modo pœnam domitura piacula quærit
Inſtituenda putent, quæ uictima danda ſit aris.
Olli reſpondent: Nos auri nulla fatigat,
Argenti ſpes nulla, putes ne cædis amorem
Alterius nobis potiundi rebus oriri
Nunc deſiderio, meritas ut ſanguine pœnas
Saule domus ratio luat orta ſatore requirit
Iuſta, fame triſtes ob cuius crimina caſus
Suſtinet in toto gens inſons patria regno.
Nemo uirûm ergo alius nunc morte piacula culpæ
Præſtet, eat nî Saule ſuper quæ nata propago.
Qui nos exciſos uoluit radicitus armis,
Relliquias abolere ſinunt nos iura uicißim
Illius, hæredum huic ut uiuens nemo ſuperſit.
Ortos ſtirpe (decet) ſeptem illius ergo futuræ
Elige, daq; uiros, ſint hi ceu uictima, pœnæ.
Rex ſedare famis quia poſſe piacula cauſam
Talia credit & ex omni tot corpora Saulis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Poſteritate mali ceu cauſam deſtinat ultro
Morti, uita Miphiboſethæ ſed adempta periclo
Non Ionathidæ illo eſt, cui Rex pietate pepercit
Illius ob patrem, cui uinclo fœderis olim
Haud ullo ſeſe uiolandi obſtrinxerat æuo.
At gnatos, gemmos peperit quos Reſpha marito
Sauli, & quinq; ſatos Michole unà Adriele marito
Matre tulit, Gabaonitis impunè necandos
Traderet, exequitur quorum uiolentia pœnas
Monte ſuper celſo, tormentaq; dira capeßit.
Affixere crucis probroſæ corpora ligno
Morti addicta uirûm, quo primum albeſcit ariſtis
Tempore cana ſeges, quoue horrea ſalce recidunt
Agricolæ matura, redit quibus aurea meßis.
Reſpha ſuis tali gnatis orbata periclo
Iuit, & illorum funeſta cadauera ſacco
Texit, aueſq; die pepulit, uim nocte ferarum,
Ora cruentarent horum ne ſanguinis hauſtu.
Hac de re ueniunt cùm nuncia Regis ad aures,
Reſpha modo extinctos quo protegat anxia gnatos,
Ne uolucres lacerent diræ horum membra, feræue?
Saulis & oſſa, loco meminit quo condita buſtis,
Et Ionathæ quondam ſibi iuncti fœdere tollit,
Nec non exuuias horum, quos pœna peremit
Affixos funeſta cruci quo tempore meſſem
Agricolis aperit ratio lætantibus anni.

Saulciq;

Saulciq; patris componi curat in urnam,
His placata Dei geſtis mox ira quieuit,
Nec rerum uelut antè famem penuria mouit.
Orta nouo rabies mouet arma furore Philiſtis,
Et uires in bella ciet, gentemq; togatam
Turbat Iudeam, dux unde ciere uiciſsim
Cogitur Iſaides ingenti prælia motu,
Qui dum pugna grauem mouet anceps orta laborē,
Deficiente trahit defeſſas robore uires.
Inſultare parat uir ei, eſt cui nomen Iesbo,
(Fama fuiſſe refert genitorem cuius Araphan,
Quiq; Noben ortu patriam ſibi uendicat urbem,
Quiq; habuiſſe gerens certamina proditur haſtam
Ingenti ære grauem) gladioq; accinctus acuto
Fertur in aduerſos ſe ſæpe tuliſſe tumultus.
Emicat, & ferri proſternere nititur ictu
Iſaiden heröa, moram ſæuo inijcit auſo
Regi ſubueniens Abiſaus, & ingerit enſem
Hoſti fulmineum, & uitam ictu uictor ademit,
Oppetit ille, animæq; exhalat ſaucius auram.
Hæc poſt acta uiro, qui Regia caſtra ſequuntur
Hæc dixiſſe ferunt: ô Rex experte laborem
Ancipitis pugnæ, non tempore bella ſequenti
Pugnans ipſe geres, aciemue exibis in ipſam,
Imperij ne lumen atrox diſcrimine mergat
Te Mauors, pereunte cadet quo gloria regni.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Quin alio memorant certamina mota tumultu
Hos inter populos, & fuſum uulnere Saphan,
(Quem uitam duxiſſe ferunt è ſtirpe gigantum)
Dum Sobachae tibi hunc Huſathe cupido coëgit
Conſeruiſſe manus uincendi forſan inanis.
Rurſum oritur belli diſcordia, turbat et ambas
Diſsidio gentes, quà Goben indicat urbem
Fama ſitam, geritur dubius certamine Mauors.
Fertur Elhana uirum referentem mole gigantes
Bethlehemita manu fudiſſe potente Getheum,
Quem perhibent haſtile manu uibraſſe gigantum
More parem ligno, agglomerat cui licia telæ
Textor, ubi artis opus notæ radio edere tentat.
Eſt quoq; pugna Gethen ꝓpe mota potētibus urbē
Auxilijs geminas miſcens certamine gentes.
Mole gigantei uir corporis arma gerebat
Genti aduerſa, tulit quæ belli autore labores
Iſaide, numero manuumq;, pedumq; loquuntur
Hunc habuiſſe uirum digitos, ſi quatuor addis,
Viginti, una manus ſenos, atq; unus habebat
Pes totidem, uitam de ſtirpe gigantis Araphæ
Ducens, ille uiros, qui bella Dauide gerebant
Auſpice, criminibus ſecum certare laceſsit.
Non tulit hæc Ionathas Samaides, pectore uirtus
Quem forti exacuit, conuicia, uana minantem
Arma, ferit prædam leto dans cœde gigantem

Quę

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Quo domito hoſtilis ponens furor arma quieuit.
Tale Deo gratam mentem teſtata Dauidis
Lingua melos (poſtquam peſſundedit undiq; uictor
Ille hoſtes ductore Deo, peperitq; quietem
Regnis) arguto modulamine uibrat in auras:
Fidenti Deus eſt mihi ceu tutiſsima rupes,
Arxq; oppugnari tormentis neſcia belli.
Illo autore ſalus uenit, & diſcrimina ceſſant.
Heros ille meus, cui uitam credere tutum,
Hoc ſpes omnis enim auxilij mihi pendet ab uno
Ille uelut ſcuti in medijs munimen aheni
Me tegit ærumnis, illo auſpice ſpero ſalutem,
Et ſequor optatam domito diſcrimine pacem.
Hic mihi tutor adeſt, hoc ceu munitus aſylo
Nil tutore tremo, me liberat autor in omni
Auxilij caſu, hoſtilem uimq; obruit omnem.
Et laudabo Deum, & fidenti pectore poſcam
Rebus opem, & pariã defenſus ab hoſte triumphos.
Mortis acerba meos mœroribus hauſerat artus
Anxietas, & tempeſtas immenſa malorum
Me nimio exanimem paſsim terrore premebant.
Me conſtringebant Stygiæ ceu uincula mortis,
Meq; uelut uinctum angebant horrore cathenis
Vndiq; quaſſatæ diſcrimina turbine uitæ.
Cùm premor ærumnis, patiorue dolore laborem.
Supplice uoce Deum uitæ ſolatia poſcam,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Deq; throno ille ſui mihi grata leuamina templi
Annuet, ille meus ſimul huic penetrabit ad aures
Clamor, opem differre patris clementia neſcit.
Terra ſolo tremuit concuſſo, montibus altis
Fundamenta ſimul data non immota manebant,
Cùm factis iram argueret ſæuam ille tremendis,
Fumus ab illius, uiſq; ignea naribus halans,
Attactas en materias attriuit edendo,
Edidit & flammas uelut igne micante coruſcas,
Culminaq; inclinans cœli deſcendit olympo,
Et conſpecta pedum illius ſub calce tenebris
Inuoluens oculos atris caligo uidentum.
Et uenti æthereas ſuper alis nare per auras
Viſus, & illius caligine caſtra tenebras
Circumfuſa dabant, & noctem nubibus atris.
Et faciem ante fragor ſtrepitum igneus edidit eius.
Ipſe fragore tonans uaſtum quaſſabat olympum,
Horribileſq; poli ſpargebat ab axe tumultus,
Telaq; contorquens diſiecit flammea turbam
Infeſtam, tonitruq; incuſsit ab axe pauorem.
Et turbauit aquas grauis illius ira marinas,
Quarum uix tenuit tumidas ſuus alueus undas.
Fundamenta uiam ruptæ telluris hiatu
Ima dedere oculis, cùm plenas deſuper iræ
Vox diuina minas turbato ſpargeret orbe,
Illiuſq; ingens è naribus halitus iret.

Auxilio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Auxilio ueniens mihi cœlo tutor ab alto
Me barathro merſum uetuit periiſſe profundo.
Me tutatur ab hoſte meo, cui magna poteſtas,
Oſoreſq; meos, qui me potiore premebant
Robore, ſupplicio compeſcuit ultor acerbo,
Qui diris inſultabant mihi caſibus acto,
Meq; uelut uictum uexare furore ſolebant,
Hos contra Deus eſt mihi tutor, & autor in ipſis
Auxilij ærumnis, & ſpes immota ſalutis.
Qui me cùm premerēt cinctū undiq; damna periclis,
In ſpacia eduxit me liberiora redemptor,
In medijs me ſæpe malis qui texit inermem
Huic quia complacui morem pietate gerendo.
Iuſticiæ mihi digna meæ qui præmia reddit,
Non habuiſſe manus ſcelerum inſtrumenta, nec auſi
Illiciti me nouit, it hinc ea gratia nobis.
Namq; uias eius mandant quæ iuſſa ſequendas
Non tranſgreſſus ego errando læſi impius illum.
Ante meos oculos ſiquidem ceu fixa recordor
Illius mandata, neq; hæc detrecto, nec odi.
Nam ſine labe pios ſequor ipſo iudice mores,
Ac delicta uigil deuito merentia pœnam.
Iuſticiæ unde meæ reſpondent præmia nutu
Illius, innocuæ candori debita uitæ.
Sāctus ades, quos ſancta regit mens criminis expers.
Inq; pios pius es, peruerſos debitus urget

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Iure dolor. Populo, quē ſæua pericula uerſant,
Vitæ anguſta malis ſedatis tempora reddis.
Præcipitas è ſede uiros, quos fulta poteſtas
Viribus humanis, ac uana ſuperbia tollit.
Tu mea lux Deus es, mihi qua ſplendente tenebras
Clara dies abigit. Te defenſore phalanges
Aduerſas uinco, & nullo diſcrimine muros
Tranſilio hoſtiles, nec inani robore pugno.
Quas tu cunq; uias ſequeris, damnabile quicquam
Nemo ſubeſſe uidet, uelut igne probata uidetur
Eloquij uox eſſe tui, ſperare ſalutem
Te ſolitis, es ſcuti illis Deus inſtar aheni.
Te quis ubiq; Deûm excepto regit unus habenas
Omnipotens rerum, ac uirtute ſecundus, & armis?
Robore me munis, uia te ductore gubernat
Recta meos, errent uaga ne ueſtigia, greſſus.
Eſſe parem curſu pernicibus alite ceruis
Me ſinit, excelſoq; loco me ſiſtit honorem.
Arma meas miſcere manus, intendere & arcum
Edocet, hoſtis ubi ad pugnas aſſurgit, ahenum.
Ac clypeo me munit, ut adſerat ille ſalutem.
Auſpice me quoties ſors ipſo humilem aſpera reddit,
Laude mihi magna lapſos inſtaurat honores.
Semita lata meis, titubet ne lubrica greſſu
Planta, patet pedibus, ceu dux quos ipſe gubernat.
Dantes terga meos, ut dum ſternam inſequar hoſtes

Nec

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Nec prius abſiſtam, meus hos quàm deleat enſis.
Cœde neci mittens ſternam certamine uictor,
Ne mihi ſe opponant, domiti ſub calce iacebunt
Tu uires armare potes, tu ferre petenti
ô Deus auxilium, quo nitens edomet hoſtes
Impetus, inq; fugam uerſos mea dextra fatiget.
Non offenſi odijs qui me crudelibus urgent.
Vana tibi inſinuat uetito hos reuerentia cultu
Surdas unde preces uox irrita fundit ad aures,
Tu ſiquidem auxilio non hos Deus adſeris ullo.
Puluercam quos ceu maſſam, luteamue ſub armis
Diſijciet mea dextra uiros, mittetq; ſub umbras
A populi tu diſsidijs ſine fine ſequentis
Lites me ſeruas, caput imperijq; potentis
Gentibus, ignoto mihi quæ debere fatentur
Munia, & haud unquam famæ morientis honorem.
Non alienigenis me contra euenit, ut hauſit
Spem furor, eſſe mihi pronas qui cedere mentes
Nunc facili aure probant, mea prõpti iuſſa capeſſunt
Viuit, & ô celebrem ſaluator honore ſequatur
Opto meus famam, & ſuper æthera laude uehatur.
Vindice quo ſua pœna meos ſcelerum obruit hoſtes
Eripit inſidijs me tutor, & arma minantes,
Vimq; mihi premit ipſe uiros, pœniſq; coherceet.
His mea uita dolo ne preſſa laboret acerbo
Idcirco celebrare patrem non antè quieſcam,
Quàm mihi uita cadat, cantando illius honorem.

Summa

Summa mihi regni ſiquidem illo autore poteſtas
Eſt data, tanta fouet dum me eius gratia Regem.
Speſq; manet ſimul illa meos ſine fine nepotes.
Hæc ſunt uerba pij quæ uoce nouißima Regis
Edita fama refert: Hæc uir (cui certa ſalutem
Huius, & æternæ uitæ promiſſa futuræ
Meßias dat Iacobæ Deus) arte canendi,
Texendiq; uſu diuinæ encomia laudis
Egregius pſaltes: mea ſpiritus ora loquendi
Organa ſancta Dei uſq; habuit linguæq; loquelis
Verba meæ ſonuit. Deus Iſraelitidos edens
Voces ipſe mihi dixit: dominator, & heros
Iuſtus, amanſq; mei, eſt me mentem agitante locutus
Verba ſuo populo. Ceu lux oriente coruſcat
Sole, polo nubes cum non obducta ſereno eſt,
Aut pluuijs uelut herba uiret, cum uerna calorem
Temperies terræ morienti frigore reddit,
Talis honore meo eſt maieſtas addita regno,
Cui nutu manſura Dei eſt æterna poteſtas,
Inq; dies cui fine carens ſua gloria creſcet,
Cætera regna trahent communi lege ruinam.
Huius honos regni quibus eſt inuiſus, ut auſint
Infeſtare, uelut ſpinæ, (quas tangere nudis
Nemo leuare poteſt, nî ſint haſtilia palmis,
Inſtrumenta niſi ferro præfixa præhendant)
Igne cremantur edace, carent quod forſitan uſu:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

In nihilum rediget diuinæ hos impetus iræ.

Hæc ſunt heröum geſtis celeberrima rebus
Nomina, Ießide duce qui geſſere labores
Imperij: Dux Iaſabeas Hachmone creatus
Patre, tribus uirtute uiris præſtantior heros
Egregijs bello, octingenta loquuntur eodem
Corpora demiſiße uirûm quem cæde ſub umbras
Momento, æquat eum dux penè Eleaſar honorem
Alter ab hoc uirtute, Dodo quem patre fatetur
Fama ſatum, ſpecimen pugnæ qui ſæpius edit
Robore felici, premerent cùm bella Philiſtas
Gentis Iudeæ, hoc quæ quondam autore triumphos
Inſignes peperit, cum tantus eum impetus hoſtem
Ferret in aduerſum, grauis huic laſſaret ut ambas
Pugna manus, ſocijs & opima rapina ueniret,
Auxilioq; Dei daret his uictoria pacem.

Tertius, heröum quem laudē æquaſſe loquūtur,
Semma fuit, qui cretus Agæ de ſanguine uitam
Fertur Araritæ, quo cùm furor arma Philiſtis
Sæua miniſtraret contra Iſraëlitida gentem.
Lente iacebat ager naſcenti conſitus, illo
Caſtra loco ſtatuunt, acieq; minantur & armis
Inſtructi pugnam uiolentis uiribus hoſtes:
Iam quia gens Iudea metu turbata pericli
Inde fugam molitur, agri medium occupat heros
Solus & hoſtilem uim ſuſtinet, edit & armis

Ingen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Ingentem ſtragem, uictorq; euadit ouando,
Auſpice pugna Deo finem eſt ſortita ſecundam.
Hi triginta heroas erant tres inter, & uſu
Armorum, & uirtute uiri, cum bella gerebant,
Præcipui, qui cum meſſem olim æſtiua referrent
Tempora, ſpeluncam petijſſe feruntur Odollam,
Saulis ob inſidias qua fama latere Dauidem
Forte, Philiſteam ſed ualle Raphaide turmam
Vulgabat, tetigere loci cùm rura petiti,
Arcis tecta ferunt illo tenuiſſe Dauidem
Tempore, ſed turbam muros Bethlehemidos urbis
Hoſtilem. Deſiderio undæ fama Dauidem
Eſt hauſiſſe ſitim miro, quam fontis ad ipſas
Portas dant ſcatebræ liquidam Bethlehemidos urbis.
Tres heroës ubi Iſaiden didicere teneri
Hoc deſiderio, laticeſq; ſitire recentes
Ortos illo è fonte, ruunt ſubitò urbis ad altas
Portas, caſtra tenet quà ſæuus, & arma Philiſtes,
Optatoſq; metu nullo auſa morante liquores
Condunt uaſe, feruntq; petitæ muniera lymphæ.
At dux Iſaides cùm tanta pericula uitæ
Auſos eſſe uiros accepit adire, liquoris
Allati ſedare ſitim ſibi noluit hauſtu.
Sed domino illius ueluti libauit honorem.
Hoc Deus auertat, mihi ne ſorbere cupido
Surgat aquas tanto diſcrimine forte petitas

Rettulit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Rettulit, abſtinuit riguiq; liquoris ab hauſtu.
Edidit heröum hoc ſpecimen laudabile uirtus.
Dux Abiſaus item Ioabæ germanus honorem
Præcipuum heroas tres inter adeptus, adæquat
Principis hoc inſigne uiri, famamq; perennem
Nomine, tercentos haſtæ qui traditur ictu
Proſtrauiſſe uiros, mortiq; dediſſe rapinam.
E tribus huic princeps pariebat gloria famam.
At tres æquauit non is uirtute priores
Heröes, quorum ante breuis præconia texi.
Natus Ioiade Benaia parente uiro, cui
Fortia facta decus merüere, potente leones
Magnanimos domuiſſe duos Moabitidos oræ
Forſan agris, leo cui quoq; tertius occidit ictu
Fuſus, hyems terram glacie quo durat, & undas
Tempore, quem prenſum in puteo uir cœde peremit.
Quin AEgyptiaci miſſam hoc domitore ſub umbras
Vitam fama uiri referentis penè gigantum
Horrendam uiſu monſtroſo corpore molem,
Cuius & ære graui præfixam dextra gerebat
Haſtam, cum Benaia uiro ſeſe intulit heros,
Quam domito eripuit, uentrem traiecit & ictu
Illius, hæc peperit ſibi uirtus præmia laudum.
Inde uiro Iſaides ſecreta negocia credit,
Conſilioq; gerit res illius arte tegendas.
Prætereo reliquos, (breuitatis id exigit ordo)

Egregios

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Egregios uirtute uiros, numero addidit horum
Quos uirtutis honos, ac claræ gloria famæ.
Ira Dei exardens contra Iſraelitidos oræ
Indigenam gentem, Iſaiden inſtigat, ut omnem
Exploret populi numerum regionis Iudæ,
Iſraelitarum quoq;. Dat Ioabæ unde gerendi
Rem mandata, noui graue tali uoce laboris
Qui detrectat onus: numerũ augeat opto frequentis
Vſq; Deus populi, gens ut tibi centupla creſcat,
Spectantemq; uiros capiat te magna uoluptas.
Sed deſiderium loquitur tua quale uoluntas?
Cur numerare uiros, numero Rex inclyte quos ſcis
Penè carere, paras? cœptum quid in utile tentas?
Hoc Ioabes obſtare modo conatibus audet
Regis, at incaſſum data detrectare laborat
Iuſſa, manet Regi mandanti immota uoluntas.
Militiæ ergo duces diuerſas ire ſub oras,
Ac numerum indagare uirûm coguntur, & omnem
Perluſtrare plagam latæ regionis. Ad amnem
Iordanem uenère, uadis uia cuius ad urbem
Traiectis hos ducit, Aroerida incola terræ
Nuncupat, eſſe Gadæ quæ fertur proxima ripæ.
Hinc molitur Iazaridos greſſum urbis ad altos
Muros turba ducũ, hâc quæ Galaadæ imminet oræ,
Inferiorq; ſuos regio quà terminat Hadſe
Fines

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Fines, quàq; Daniaëne, quàq; inclyta Sidon,
Illiuſq; iacet uicinia iuncta marinis
Littoribus, dehinc ad munitæ mœnia uallo
Vrbis eunt Tyri, Chananeas inde ſub oras,
Heueaſq;, plagã hinc pluuiũ quæ ſpectat ad auſtrũ,
Berſabeenq; ingreßi urbem, diuerſaq; tractu
Oppida uicino ſita, iuſſa negocia curant,
Poſtq; nouem exactos elapſo tempore menſes,
Vigintiq; dies rediſſe feruntur ad urbem
Re geſta Solymam, & Regem docuiſſe uirorum
De numero, iam quorum ætas erat utilis armis.
Octingenta ferunt quorum Iſraelitidos oris
Millia, ſed quingenta plagis regionis Iudæ
Eſſe inuenta, quibus iam robur idonea bellis
AEtas acre dabat, uirtuſq; in prælia uires.

Hæc poſt acta graui tactum mœrore Dauidis
Cor mordace nimis ſe triſte dolore fatigat.
Vnde tremens horrore nouæ mens conſcia culpæ
Sic orare Deum cogit delicta fatendo:
In graue me crimen temerarius error adegit
ô Deus, ô precibus flecti conſuete piorum,
Sed tua te bonitas obſiſtere neſcia uotis,
Mens quæ faſſa ſuos errores anxia fundit,
Flectat, & oranti ueniam mihi mitiget iræ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Iuſta tuæ, & uincat commotæ incendia mentis.
Me leuitas fateor uicijs agnata furorem
Deſignare metu pœnæ ceſſante coëgit,
Et rapuit, mentem traxit qua ſtulta cupido.
Tēpus erat, quo terræ oriens ſol dimouet umbras,
Vox diuina Gaden accedere regia uatem
Tecta iubet, pœnam Iſaidenq; docere futuram
Ob commiſſa, minas his uocibus orſus habendo:
Te Deus autorem noxæ tibi triſte merentis
Supplicium punire uolens, aut ferre laborem
Vult graſſante fame dum ſeptem impleuerit annos
Temporis aßiduè mora dilabentibus horis,
Aut tribus infeſtos fugiendo menſibus hoſtes
Dira laborantis patiêre pericula uitæ,
Aut tres ſæua dies tibi gentem peſtis in omnem
Sæuiet, & ſtragem uiolentis undiq; morbis
Edet, opemq; feret nullam diuina poteſtas.
Ergo tribus monſtrata modis tormenta futuræ
Elige, quæ leuior ueniat te iudice, pœnæ.
Hoc concuſſus Ießides terrore minarum,
Angor ait nimio mihi fœdi conſcius auſi
Corda metu, at pœnam diuinæ pendere dextræ
Mitius eſt, hominum quàm ferre furore dolorem,
Et uiolenta pati graſſante pericula mundo.
Sic Deo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Sic Deus clectas ad debita tempora pœnas
Inducit populo, qui totius incolit oram
Iudeæ, decics ergo ſeptena peremit
Millia peſte uirûm ferali accenſa ſupremo
Ira Deo, tanto uires exercuit æſtu,
Ob delicta, quibus pœnam luit error atrocem.
Angelus ipſo autore Deo demiſſus olympo
Exitio Solymam triſti turbaret ut urbem.
Vt pœnam exequitur, tanti ipſa miſerta laboris
Mens diuina modum duræ parat addere pœnæ.
Angelus ergo monet dextram tormenta cientem
Contineat, miſeras ut deſinat edere cœdes,
Qui cum uoce Dei ceſſandum à cœdibus hauſit
Signa, loco, Iebuſeus ubi horrea forſan habebat
Nomine uir, ſtragem edendo tunc ſæuijt armis:
Quem cum Rex oculis, animoq; pauente notaret,
Verba dat ore Deo hæc: me me ſontem argue pœnæ
Iuſte Deus, qui ſicut oues nil tale merentur
Innocuæ, his adimunt cur dira pericula uitam?
Quin in me conuerte manus, & poſce cruento
Supplicio meritas odioſo crimine pœnas,
Me, cretamq; meo mala ſanguine debita uerſent,
Exitioq; graui funeſta pericula mergant.
Hæc cum uoce daret miſerandi ſigna doloris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Rex, autore Deo corám huic ſolatia uates
Ore Gades aperit, placatum oſtendit & iram
Diuinam his uerbis : animum mœrore ſerenes
Nūc poſito moneo, Iebuſeo ubi forſan Areunæ eſt
Area, fac aptam ſacra dona litantibus aram,
Teq; docebo Deo quæ uictima cœſa crurorem
Fundat, ut illius tibi ſeſe gratia reddat.
Rex hæc exequitur pietatis amore colendæ
Iuſſa, procul greſſus celerantem uidit Areunes,
Et Regem eſſe notans, geſtu declarat amico
Huic ſtudium cupidam præſtandi debita mentem
Officia, & quæ cauſa uiæ ſub rura requirit
Sit ſuſceptæ externa ? Dedit reſponſa Dauidis
Vox : ſpacium faciendæ aptum mihi ematur ut aræ
Abs te, cui ſacros mea dextera libet honores,
Cœſaq; graſſantis uim mitiget hoſtia pœnæ.
Huic ait ille : feres poſcit quæcunq; uoluntas,
Rex generoſe boues me, lignaq; debita flammis
Sacris dante feras, poſcendi copia quiduis.
Vota Deus patrio tua quæſo fauore ſerenet,
Reddat & auguſto tibi proſpera tempora curſu.
Noluit hoc pacto Rex cedere iuſtus amici,
Sed precio empta petit ſacræ area detur ut aræ,
Quam decies hunc quinq; ferunt emiſſe ſiclorum

AEre, nouos aris quo facto inſtaurat honores
Victima grata Deo, qui mitior exuit iram.
Eſtq; ſecuta lues illo grauis auſpice finem.

Finis libri ſecundi.

Δόξα τῷ θεῷ.

VVitebergæ excudit
Vitus Creutzer.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]

3091.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3091 8° [35,-172]